

Epistola Dedicatoria.

SPECTABILIS AC
MAGNIFICI DOMINI,

DNI. STEPHANI BALASSA,
de Cyarmath & in Detrekö, nec non Dapiferi
sacrae Cæsareæ Regiæ; Maiestatis &c. optimæ
indolis Filio, Magnifico Domino, Domino MELI-
CHEORI BALASSA, VALERIANVS MADER
Trenczinienſis, gratiam DEI, incre-
mentum animi & corporis bono-
rum, ex animo precatur.



APIENTER
dictum est, Spectabilis ac
Magnifice Domine, à Pa-
lingenio, nostri temporis Philo-
sophorum facile Principe: *Spes
famæ solet ad Virtutem impellere
multos.* Cùm enim rara præmia
veram virtutem comitentur, quam
consequi labor est omnium maxi-
mus, plerosq; solius bonæ famæ
studio, quæ si cum approbatione

bonæ conscientia fit, laudem meretur, ita inflammari videmus, ut sudoris per quem gloriam consequi, & culmen illud literæ Pythagoricæ, conscendere anhelant, obliti, nulla difficultate ab ea abstrahi, patientur. Ad eum itaq; virtutis & famæ Scopum, ut M. V. per se currentem, veluti complosione manuum concitem, eo fine M. V. hoc libello, à studio cui nunc addicta est M. V. non alieno, donare, & sub nomine eiusdem M. V. in manus Scholasticæ iuventutis emittere, iudicio & suasu optimorum quorumq; admonitus, destinaui. Licet autem vel Exemplo Maiorum suorum, quorum fama cum totius inclytæ Hungariæ fines, tum quoq; longè dissitarum nationum rumoribus,

ob

ob victorias super hostes Christianitatis obtentas, compleuit, M. V. ad rectè agendum inflammari possit. Auus enim M. V. magnificus Dñus Dñus MELICHEOR BALASSA, (cuius nomen vtinam feliciter gerat M. V.) quantus fuerit notum est cum Mahometistis, tum quoque Transsylvanis, contra quos pro Cæsareæ Maiestatis, FERDINANDI IMPERATORIS, castris strenuè pugnauit, & sæpius victoriam obtinuit. Auus verò (sanctæ memoriæ) genitricis M. V. Magnificæ Dominæ, D. HELENÆ ZRINI &c. Prens, qui ferè fuit sui temporis murus & propugnaculum Hungariæ, etiam magno ad virtutem consequendam spectaculo M. V. esse potest. Quid verò de superstiti-

EPISTOLA

tis ex mera DEI misericordia, M. V. Parente, Magnifico Domino, Domino STEPHANO BALASSA, dicam virtutibus? Cui in sincera absq; hypoc. risi, pietate his oculis parem, inter coëquales eius ordinis homines (DEVM testor) non vidi. Horum, inquam, Maiorum, M. V. nobilitas & plena famæ virtus ad imitationem M. V. suffice-
rent licet. Nihilominus tamen hoc libello, eo potissimum fine M. V. donare, & ornare volui, vt hoc veluti singulari & nouo incitamento M. V. ad virtutem amplectendam, amandam, fouendam, ex officio meo admoneam. Video enim illam ætatem iam M. V. ingressam, qua ætate Hercules, cum à voluptate & virtute, vtram ex duabus

imitari

DEDICATORIA.

imitari vellet, tentabatur. Aliud est vnde motus M. V. hunc Scholasticorum exercitiorū libellum dedicatum esse percipiam: singularis & sincerus in me amor M. V. quo me cum priuatim studiis in Aula paterna M. V. incumberet, vnà cum Dño MATHIA CARTHICIO, Præceptore suo, viro in arte Poëtica lynce oculatiori, complexa est, & multis benevolentia signis affecit. Persuasum itaq; mihi habeo, M. V. eo quo à me profiscitur animo, hunc studiorum meorum fœtum accepturam, & suo fauore sustentaturam.

Porro rationes propter quas hæc mea & amicorum Carmina (licet forsitan luce indigna) prælo submittenda iudicabantur, sunt istæ:

A 4

Expe-

1. Experiuntur artis Poëticæ amatores, quam sit hoc studium nostræ præcipuè nationis hominibus laboriosum, adeò vt mirum sit nos simplici oratione vix balbutire posse, respectu eorum qui Latinitatem & solidam eruditionem, à parentibus & veluti cum lacte materno, hauriunt. Labor autem difficilior, maiorem animi voluptatem parit, ideoq; situ obduci, ac minimè perire debet.

2. Secunda facti mei ratio est, gratitudo erga charissimos, Parentes, Patriam, Præceptores, Mecœnates, &c. quorum auxiliis (DEO fauente) studia Poëtices, veluti per manus mihi sunt tradita & sumptibus, fructu penè maioribus aucta.

3. Amor Amicorum, & Personarum, quarum nomina Versibus his

celebrantur. Licet enim quidam eorum iam cœlestem Patriam occupârint, quidam verò locorum distantia, à me disiuncti sint, tamen & alibi degentium, & vita hac mortali defunctorum, memoria semper quoadusq; vixero, erit mihi gratissima.

Ideò cõmissi mea, iuuenilis ætatis, studia, prælo, vt iuuentutem literariam, præcipuè verò liberos & posteros charissimæ Patriæ meæ **TRENCZINIENSES**, paradigmate hoc admoneam, vt hac ingenua Poëseos arte, & **DEVM** celebrare, & noticiam ac fauorem apud optimos quosq;, sibi conciliare contendant, id quod Versibus his fit manifestum:

*Fama per ingenuas & gloria ducitur artes,
His fauor & regum conciliatur amor.*

EPIST. DEDICAT.

Ex quibus carissimæ Patriæ meæ
 posteris, vt **FILIVS DEI** æternam
 Ecclesiam, Aulam ac Scholam cœ-
 lestem sibi colligat, eum veris ge-
 mitibus & ex toto pectore precor.
 Vestræ autem Magnificentiæ, tan-
 quam Patrono dignissimo, Libel-
 lum hunc, dedico, dono, consecro.
 Quam **M. V.** vt **DEVS** optimus
 maximus in ornamentum illustris
 familiæ **BALASSIANAE**, & Rei-
 publicæ Christianæ, defensionem
 & sustentationem ab omnibus pe-
 riculis, defendat, sustentet, & con-
 seruet, dicat mecum omnis pius,
AMEN.

M. V.

Servitor & Minister
 verbi

VALERIANVS MADER.



IOANNES PHI-
LOMATES, IN IN-
SIGNIA VALERIA-
NI MADER.



Rma tibi **SOL**, sunt pulchra cum
 Virgine, **Martes**,
 Conueniunt rebus sæpius arma
 suis.

Nam fulgens radijs circumdara **SOLIS** imago,
 Candidus reliquis, inter vt astra, micat,
 Sic micet vt **VIRTUS** tua, **VALERIANE**, labores
 Præ reliquis, ætas quos facit esse pares?
 Et ceu, **VIRGINEVS** iuuenes ad se allicit ardor,
 Dum rapido fibras igne Cupido coquit.
VIRGINEI sic alliciat te gloria cœtus
 Nomen ab **Aonio** qui benè fonte gerit,
 Et veluti **MARTES** Magnaribus, omnia præter,
 Bruta magis, cordis, scilicet esse soler
 Sic quoq; doctrina placeas Magnaribus, vt tu
 Des operam quouis **VALERIANE** modo.

VEL SIC.

ARibus ingenuis, quorum dulcedine, dura
 Pectora mollescunt, doctus Apollo præstet,
 Virgo dein **PALLAS** belli moderatur habenas,
 Et belli varias hæc facit esse vices,

MARTES,

MARTES, agricolis curæ est, vt vendere captum
Ritè queant domui crescat & indelucrum.
Fallor an hæc vobis non sint absq; omine quo
Arma datat: & tantis omen inesse solet. (dam,
Aut igitur quondam, magno sudore docebis,
Aulicus aut fies, aut bene rura coles
SOL ctenim, VIRGOQUE simul cum MARTE
videntur,
Hæc signare tibi, VALERIANE, vale.

NICOLAUS TOL-
NENSIS.

Imperus ille facer, superum de sede peritus,
Quo recolis doctos, VALERIANE, viros,
Arguit, ingenij solers industria, tandem
Qua foret illustri laude beanda, tui.
Nempè vt fama vigens te tollat ad æthera sura
Sitq; senectutis dulcis alumna tuæ. (sum,

IOANNES NAGY,
TRANS SYLVANVS.

Quod mihi misisti, iuuenis doctissime, Car
Perpetui semper pign⁹ amoris erit. (men,
Dum calidus sanguis spirantia membra fouebit,
Artus vitales dum reget aura meos.
Dum mare turgebit, dum Sol fulgebit Olympo,
Nilus in æquoreas dum vada voluet aquas,
Viuet honos, nomenq; tuum, præclaraq; fama,
Et grates toto pectore semper agam,

Semper

Semper agam grates, nobis dum verba manes
Atq; tuum viuet, nomen in ore meo. (bunt
Semper ero memor absentis, memor esto sodalis
Tu quoq; dum viues VALERIANE tui
Ergo vale æternum, MADER vale & hospita tel.
Vrbsq; iuuenturis, dulcis alumna, meæ. (lus,

IOACHIMVS HYN-
CONIVS.


Ingenuas coluisse DEAS non vltima laus est,
Omne quibus nostrum starq; vigeatq; decus,
Dum datur ergo tibi Musarum amplexibus vti,
Vtere, & à cepra non moueare via,
Vt per te tandem resonet Parnassia rupes,
Et MADER iornetur per tua plectra domus.

MATTHIAS ZEYBI-
GIVS, CHEMNICENSIS
Bohemus.


Vluitur ingenio: nullo discrimine habentur
Cetera, mors æquè sub sua iura trahit.
Quæ fara Æneas, quæ bella exhausta canebat
Nil tamen ista, breui ne moreretur, agunt.
Magna quidem pietas humeris subiisse parens
Longæum, vt tali flama det ipsa viam. (tem
Ni ramen ingenium carmenq; fuisse Homerii
Nominis ista sui fama sepulta foret.
Sola immortalis vira donare, moriq;
Dignum laude virum Musa Vetare valet

Hoc

Hoc quoq; vir Macedo voluit rex Magnus Achis
 Cum te preconem querit Homere suum(uum,
 Vsq; aded felix, voltare per ora Poetae
 Cui datur, innumeris anteferenda bonis.
 Ergo tibi gratare domus Trenczina, Maderum
 Preconem doctae mentis adepta virum.
 Quem non poenituit Parnasi ascendere culmen
 Et de Castalio fonte leuare sitim
 Vt decus & nomen per posteritatis alumnos
 Ornatum possit carmine ferre tuum.



PRO-



ELEGIA.

IN LIBELLVM EX-
 ERCITIORVM POESEOS
 Scholasticorum, Reuerendi viri,
 Dñi VALERIANI MADER, &c.
 in gratiam eiusdem. Scripta à
 HIEREMIA SARTORIO
 Aruensi, iam Rectore
 Scholæ Trenczi-
 niensis.



Vi sincera sedet culto sub pec-
 tore virtus,
 Quiq; boni nomen gaudet ha-
 bere viri;

Perdus & per nox ad publica commoda rerum
 Excubat, arte, manu, sedulitate, fide. (gnum,
 Tu quoque cuius agit bonitas sub pectore re-
 Virtutisq; geris VALERIANE decus.
 Non fat habes cultas pro te retinere Camœnas,
 Nec premere ingenij vis monimenta tui:
 Omnia sed potius communes promissis ad vsus,
 Qui sibi quiq; alijs scire sapere ille sapit.
 Tu sacra verbigeni rimatus resqua Syonis
 Pergis ad claros doctæ MADERE greges.

*

Huc

Huc ubi lautigeri stipatus Apollo Deabus,
 Piena Caballinae pocla propinat aquae.
 Quae fauli dum mente, & dextra haud deside
 Assatim totum pectus & ora rigas. (sumis,
 Hinc est quod sacri coelestia dogmata verbi,
 Ingenij tanta dexteritate doces.
 Et certa ad caeli monstros compendia porram,
 Munere quo nullum maius habere potes.
 Hinc nitor in verbis in rebus forma relucet,
 Seu calamo cupias seu magis ore loqui.
 Sive sonos Tullij gaudes depromere labris,
 Sermo tibi laxo syrmate liber abit.
 Sive cives suetas modulari carmina Musas,
 Sponte fluunt teneris verba ligata modis.

SED quia non tantum bonus esse Madere Poeta,
 Sed vis (quae magis est) vir simul esse bonus;
 En DEVS ipse tuo hos motus in pectore fingit,
 Vt sibi ut vitae commoda Scripta feras.
 Illustrare aliqua nostro auro luce Camoenas,
 Est stabulum Augiæ sorde leuare sua.
 Sic iam tota prope heu sordescit Cyrrha Mephisti
 Sic iam Castaliae concidit artis honos.
 Ante latex purus Clario de fonte fluebat,
 Nunc lacus & rantum turpis amurca scarer.
 Si quid adhuc retinent Pimplae nemora atra vi
 Mundi delidies hunc violabit iners. (roris
 Hæc fors cum tristes exerceat vndiq; Musas
 In primis Patriæ fata dolenda tamen:
 Quae dum Bistonio miserè popularur ab hoste,
 Cogitur Aonius vertere terga chorus.

Dumq;

Dumq; ferox passim ferro grassatur & igne,
 Secum barbariem barbarus hostis agit.
 Ergo si laus est hosti se opponere ferro,
 Et pacem Patrijs asseruisse foetis.
 Laus quoq; barbariem docta perstringere penna
 Atq; hanc à Patrio rure fugare procul.
 Et quanto magis hæc fronte illo noxia pestis
 Hæc illa tanto laus celebranda magis.
 Fortunas corpusq; immanis ubi abstulit hostis,
 Amplius hic nil quod tollere possit, habet.
 Sed cum barbaries laxat sibi lora furoris
 Hic animæ æternam sequit ad vsq; nevem.
 Inficit & stygia cœcas prurigine mentes
 Confunditq; vno fasq; nefasq; loco.
 Dum sacra scita DEI tetra loligine fucar,
 Et sic hæreseon plurima monstra parit.
 Est via perpetuæ in verbo querenda salutis
 Promit & in verbo se DEVS ipse suo.
 Sed verbi assequitur nemo pia sensa sacrati,
 Barbaries tristi quem ditioe premit.

ERGO salutiflua benè de pietate mereris
 Et laus debetur VALERIANE tibi.
 Dum tibi scire tuum, non soli scire, sed esse
 Publica doctrinæ vis monumenta tuæ.
 Privata exultas non claudis in aede Camoenas
 Sed finis has passim plestra cedere foris.
 Nunc age barbaries procul hinc inculta facesse,
 Turpeq; continuo pone supercilium.
 En inde à puero quam VALERIANVS amat
 Intendit resonam Calliopea Chelym. (bar,

* 2

At

AT tu iam Ieros sub pectore cencepe motus
Ardua quæ Phœbi claustra iuuenca colis.
Namq; tibi pius ingenij bonitate **MADERVS**
Aonidum facilem pandit ad antra viam.
Culta cito ascendes nemorose culmina **Pimplæ**,
Si modo suscipias quod tibi monstrat iter.

- ” Turtius est aliena sequi vestigia, quam si
” Arripias nullo te preeunte viam.
” Qui de fectore carent, Phœbe delubra sequentes,
” Sæpius in salebras precipitanter eunt.
Immo suo tales nutrit **Trophonius antro**,
Conspurcans tetris pectus & ora notis.
Si sapias ergo, cupisq; cito super ardua **Cynthi**
Doctus in oïentis culmina ferre pedes.
Eccepe **MADERI** terribissima carmina vatis,
Illaq; non segnè volue reuolue manu.
Non laudem propriam sed publica cõrõda quæ
In lucem ingenij dans monumenta sui. (rit,
Non igitur stringas **Violentos** Zoile morsus,
Inuidia non te illamma perurat iners.
Aut meliora Scholæ, quod si potes, atter in vsus,
Aut noli Iambos ingeminare truces.

INterea viridi cingas tua tempora lauro,
Solidatq; tuam **VALERIANE** Chelym.
Cantus autem prodit, de fructu noscitur arbor,
” Authorem sapiunt carmina, vina cados.
” Tu quoque dum facili premitis tua carmina ple-
Ingenij quæ sit tibi vena doctes. (ctro,
Hæc a nã nunquam moritura infigne repor-
tæque tuam nomen fama loquetur anus. (ras,
Perge

Perge precor sacris lucem addere perge **Camææ**.
Perge tuo ingenio comodus esse **Scholis**. (nis,
Perge sacros etiam plures emittere libros,
” Vtq; diu possis pergere, viue diu, Amen.

AD AVTHOREM POE- MATICIS EPIGRAMMA.

VT Genitor Patrij storgas declarat amoris
In sobolem, & sobolis germina chara suæ.
Sic mihi ceu nostro soboles enixa labore,
Dilectum ingenium est, **VALERIANE**, tuum.
Sed nunc ingenij qui prodit foetus in auras,
Ille loco chari (crede) nepotis erit.
Interea cultos generas dum pectore foetus,
Viue precor longos, chara propago, dies.
Ingenij vt possis gaudere nepotibus, atq;
Laudibus à sera posteritate vehi.

P. B. fecit.

CHRISTOPHORVS MA- ZVRKIVS TEVTOLIPCHEN- sis, Synerga Scholæ Tren- cziniensis.


MVltum crede mihi debent iuuenesq; senesq;
Seraq; posteritas, **VALERIANE** tibi.
Qui memori Musæ condidit monumenta virorum
Non secus ac succum sedula condidit apis.
Te doctum, fidumq; virum, cui sedulitate
Iam decus & virtus lausq; parata manent.

Non nostrum est spreto & tenui modulamine
Comendare bonis omnibus, atq; malis. (laudis
Surge cito COLACINE precor, tu carmine lau-
Ditipulum, qui sic te & tua Scripta colit. (da
Surge cito, venerande Parens, tac carminanato
Cuius virtutis pectore regnat amor.
Iam celeri cursu transibunt cuncta, sed horum
Quæ liber hic seruat, fama perennis erit.

GEORGIUS FABRICIVS,
CHEMNICENSIS.

Dicebar puero, clarus pierare Melancton
Dilce bona imparibus iungere verba mo-
His Dño grates vt possis dicere Christo, (dis.
Et sanctas dulci voce referre preces.
Neue mali studijs possint impune nocere,
Ingenij vt timeant libera tela tui.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.



*Exercitium illius artis futurum, uti dicitur
est, qui armati sanguine per orbem
amicis, opem ab eis, salutem perichlor
liber, invidis, veri et invidis multum
et horrorem ubi inderimus ubi dicitur
salvati, vobis perpetua quaedam gratia et
pulsate michi inveni sumis. Talem
in Dialogo de Gratia.*



PROSOPOPÆIA,
IN ARMA REIPV-
BLICAE TRENCZI-
nienſis.



REBS ego, TRENCZINII que
dicor nomine, Regum
Magnifica quondam sum bene ſtrus
ſta manu,

Non opus Authoris ſunt hæc mea mœnia vilis,
Quisquis erat, noſtri maximus Author erat.
Vnde fruor primi; nunc libertatibus Vrbes
Has inter, liquido quas vagus amne rigat,
Vt meritò dici magnorum filia regum,
Qui modò ſunt, & qui præterière, queam.
Horum nunc etiam cura ſum clara paterna,
Præſentem in duris dant mihi rebus opem,
Exstructura novos vndoso flumine pontes
Auxilia à ſacris Regibus ampla fero,
Fortia dum valido ſunt propugnacula muro,
Secura nobis pacc ſtruenda domi.
Aëria turres & teſta minantia cœ'lo,
Omnibus his Regum dexteritate iuuor.
Hinc mea nobilitas & equeſtris deſluit ordo,
Hinc titulos claros armaq; digna gero:

,, AGNVS in aprici latatur gramine campi,
 ,, Inq; humeris portat lata trophæa suis
 Tartara vincentis quæ sunt insignia CHRISTI,
 Qui propria miſeras morte redemūt oues.
 Sed referam prima cur hæc ab Origene grata
 Tradita lanigeri sint mihi signa gregis:
 Tempus erat nondum cum funt lamenta locorum
 Urbis erant, arcis nec quoq; nomen erat.
 Balantem tunc septa gregem conclusa tenebant,
 Arx ubi nunc alto conficienda loco est.
 Vrbs ubi structa iacet, culti viridaria prati
 Præbebant niueo pascua amœna gregi
 Vipilio pascebat oues cognomine TRENZIN
 Ut notam fecit conscia fama fidem.
 Est igitur sumtus tener, his ab ouilibus agnus,
 TRENZINII pauit quem pia cura ducis.
 Vnde Triumphantis sed habes insignia LESV?
 Quæ portas humeris agne tenelle tuis,
 Addita signa solent quoq; res inducere certas
 Nulla dari frustra splendida signa solent.
 Innocui Typus est agnus mitissimus agni
 Pro nobis passus qui graue legis onus,
 Morte sua mortem, tristem deuicit & orcum,
 Diuino frangens colla premenda pede,
 Semper in hoc mea laus & gloria constitit agno,
 Semper & hæc donec vita manebit, erit.
 Agne DEI, propria qui crinina morte luisti,
 Criminibus clemens sis precor ipse meis.

SYMBOLVM.

Qui patitur vincit, victoria læta triumphat,
 Agnus, habens humeris bellica signa, notat.

GRATVLATORIVM ECCLE-
 siæ Reipublicæ totiusq; comunitatis Tren-
 czinensis, in felicem reditum ex arce Dobia,
 Magnifici Domini, Domini LADISLAI
 POPELII, a Lobkowitz & in Zby-
 row, Comitatus comitatus Trens-
 czinensis.

QValia, Romani capiebant, gaudia, ciues,
 Grataq; læticia signa dedere sua,
 Cum debellatis intrabant hostibus urbem
 Parta quibus læto gloria Marte fuit.
 Talia percipiunt nunc gaudia TRENZINIEN-
 De reditu plaudunt, magne vir, atq; tuo, (SES
 Quæ tibi fortunam metuebant semper iniquam,
 Hanc gaudent æquam partibus esse tuis,
 Omnes gratantur reduci superosq; precantur,
 Ut saluus parta pace fruire diu.
 Id cupit, id votis ardentibus ampla senatus,
 Optat, cum tota plebe, corona, sacri.
 Primus in his culti SIMON LESSENNIVS oris,
 Gaudia cum chara coniuge magna capit.
 Et cupit, ut seros viuas feliciter amos
 Exuperans hostes sic sine fine tuos.
 Magna pijs vis est precibus de corde profectis,
 Crede pij non sunt irrita vota semis
 Alter ab hoc longo prudens MADERIVS vsu,
 Hæc reduci supplices vota benigna facit,
 Scilicet haud duplices tendens ad sidera palmas,
 Iungere quas morbo præpediente nequit,
 In cælum lacrymis sed enim manantibus, ista
 Et gemitu cordis vota benigna facit:

EXERCITAT. POET.

Sic tibi perpetuos victoria laeta Triumphos,
 Afferat, & semper sic rediturus cas,
 Seu Mahometigenas bello es ruiturus in hostes,
 Seu quicumq; tuas depopulantur opes:
SI O R C I V S Aonijs etiam versatus in hortis
 Talia gratanti pectore verba facit:
 Qui celebres superas herosas nomine claro,
 Nomina & officio congrua ritè geris,
 Ingrederis nostras quod lætosydere portas,
 Pectore concipio gaudia mille meo.
 Quicq; gerit primi nomen de nomine patris
 Moribus Urbanis cultus **A D A M V S** ait:
 Inclyte virtutes celebris **L A D I S L A E** per omnes
 Fortuna gaudent pectora nostra, tua:
 Ante alios autem charus Musisq; Deoq;
B A R O S I V S reduci vota benigna facit.
 Foemina que veteri Tursonum nomine gaudet,
 Cum reliquis etiam, vota benigna facit,
 Quid referam iuuenum coetus, & multa virorum
 Que nequeunt numeris nomina stare meis?
 Gaudet oians pastor, cantans Ecclesia gaudet,
 Et Schola te solitum gaudet adisse locum.
 Natalemq; simul te concelebrare tonantis,
 Qui abstulit aduentu crimina nostra suo.

DE COMETA IN AERE,

Anno 1577. die nono Nouemb. conspecto,

Ad Egregium Dominum **S I M O N E M I A S S E N S K I**, Notarium sedis & ciuitatis

Trenczinienfis, Patronum suum,

Hebreo qui ritè geris de nomine nomen,
 Auscultanda **D E I** quod pia iussa monet.

Altus

VALERIA. MADER.

Altus; **I E S S E N S K I** cognomen Fraxinus arbos
 Cui dedit & vocis cum ratione suæ
 Accipe Meccenas, crasse modulamina Musæ
 Parua, sed officio non alieno meo.
 Namq; ferunt magni prælustria dona Barones,
 Quale quoco, munus me tibi ferre decet,
 Cum fiero Cræsus, Cræsi tibi muneramittam,
 Irus adhuc cum sim, talia dona cape,
 Causa, prius grata quòd non **T E R M H P I A** mentis
 Exhibui, nimium crassa nuncrua fuit.
 Quæ longos postquam modicum est exculta per annos,
 Non potuit quoq; non commeminisse tui.
 Namq; (fatebor enim) chari post grata parentis
 Officia, alter cras tu mihi ritè parens.
B A R T P H A mihi nunquam, nisi te duce visa fuisset,
 Pierij sedes est vbi sacra chori.
 Quam memori quoq; mente habeo, pueroq; recordor.
 Te mihi tum iargas exhibuisse manus.
 Tanta patri me, tanta tibi debere patrono
 Testor, vt haud vnquam hæc exoluisset queam,
 Attamen est prodire tenus, si non datur vltimã,
 Rebus in eximijis & voluisse sat est.

Mensis agebatur gelidi lux nona Nouembris,
 Sparserat ob longas cum noua stella comas.
 Stella, comas Graijs, que propter dicta, **K O M H I M S**,
 His quibus ætherei maxima cura poli.
 Improprè at stellam vulgo dixere Cometen,
 Hoc ctenim multis res probat ipsa modis.
Materiæ, motus, duratio, forma, colorq;
 Arguit, huic stellæ nomina falsa dari,
 Stella suum cæli minuit nam lucida nunquam
 Lumen, at in primo permanet illa statu.

Materiæ
 Duratio.

Ast crasso accensus pinguis, vapore Cometes
 Telluris, propria non statione manet.
 Phasmatum exempio velut est spectare modum,
 Quod sit luce modo, quam sinit ante, minus.
 Verborum longa sed omnia ambage, quid orbi
 Talia portendant phasmata, pauca canam;
 Vnde, vebat nobis, retro quid crine Cometes,
 Difficilis scitu non erit iste labor.
 Magna pro fanorum pars aestimat, ista, virorum
 Acrea haud quicquam phasmata ferre mali.
 Maior, at, hæc eadem causis putat orta secundis,
 Quod spectem veri forsitan habere queat.
 Nulla sed ut mundo portendant damna maligno,
 Id, nisi vesanis, nemo negare potest.
 Vidit enim nullus flagrantem impune Cometam,
 Qui simul adferret non aliquando malum.
 Ille solet terræ steriles portendere fetus,
 Heroum clades ille notare solet.
 Hunc etiam sæuæ comitant, et stricula pestis,
 Horrenda nunc etiam bella solent; sequi.
 Ut solutus tellus careat, minus humida, succis,
 Exiccans terram, dire Cometa, facis.
 Denotat hic etiam magnorum funera regum,
 Funeris illorum quod mage fama viget.
 Quam vel subita perijissent corpora morte,
 Plus obscurorum milia multa virum.
 Vel quia fixatum tales non æra possunt.
 Delicias propter sic tolerare suas.
 Ergo quid iste nouus minitetur crine Cometa,
 Iam satis hinc bene res innotuisse potest.
 Nam quia se librans occasum voluit ab ortu
 Hostis erit nobis hinc metuendus atrox,

Fama.
 Regum.
 Felicit.

Aut bellum, pestemque, famem, vel funera regum,
 O tristi nunciam crine Cometa dabis.
 Talia sed metuunt aliquid num saxea corda?
 Corda DEI prorsus euacuata metu.
 Irrident, tenuunt, nugas vanasque putabunt,
 Dixeris hæc si iræ signa tremenda DEI,
 Nuper ad hanc quidam veniens ceu forte Sareptam,
 Digna fide nobis talia verba, tulit:
 Quod bipedes quosdam dum verbis, verbere dignos,
 Exciperet, cristas vertice cur gererent.
 Dixerunt: an non simili ratione Comeram
 Cristatum cernis carpere, stulte, vias?
 Hæc DEVS immant precor o poena absque relinquet?
 Exoluet iusta hæc (crede) lance DEVS.
 Iste tamen, Dominum metuunt qui corde Cometes,
 Christe mali quicquam, te referente, feret,
 Precipis erectos qui ad sidera tollere vultus,
 Iudicij dicens hæc fore signa sui.
 Ista secutura sunt iam ΤΕΚΜΗΡΙΑ lucis,
 Qua veniet mundo premia ferre DEVS.
 Ignea depellens homines ad Tartara iniquos,
 Atque suo aspersis sanguine regna ferens.
 Militat ergo pie faciens sua munia quisquis,
 Formidet cæli talia signa nihil.
 Namque malis mala signa, pijs sed gaudia sunt hæc,
 Per CHRISTVM quibus est accipienda salus.
 Nos ergo sacra Musarum quos atria cunctique
 HEROIS DERSTFI sub ditione tenent.
 Extrema quamuis tendant iam fata diei,
 Nos modo nil vera plus pietate iuuat.
 Sic demus studij operam, Musisque vacemus,
 Per multos quasi sit vita habitura dies.

*Precipue nitidi cognoscere phasmata caeli
Cura sit, & rutili lucida signa poli
Astrorum bona scita alijs quicunq; recludit,
Is verè docti nomen habere potest
Bruta DEVS iussit spectare animalia terram,
Tollere verum hominem iussit ad astra caput,
Nempe quod haec miris sint condecorata figuris
Lumane testantes esse micante DEVM.*

ORATIO AD DEVM, PRO
consecrati. ne Parentum.

Telluris caeliq; potens, pie Rector, & Author
Legis, quae in sancto est, edita monte DEVS.
Quicq; pio cultu mandas ornare parentes,
Perficere ac horum qui pia iussa iubes,
Te precor, & suplex tua nomina pronus adoro,
Tu sobolis placida respicito aure preces:
Respicere ut nostros, digneris sancte, parentes,
Utq; his eueniat te tribuente salus
Fortunas foueas horum, benedicito & illis,
Nec facias vnquam noxia damna pati.
Quo melius studijs possint succurrere nostris,
Nomini & inde tuo gloria fiat, Amen.

HODOEPORICON, SIVE PE-
reginatio in Transiluaniam.

AD EGREGIUM DOMINUM NI-
COLAUM MADER, PATREM CHAS-
rissimum, ex schola Patakina.

Haec mea NICOLEO reddatur Epistola MADER,
Qui sua TRENCZINII munia clarus agit
Postq; creatorem, quem summe diligo, patri,
Solutus hanc, clausa, non tamen aure, legat.

Quod

Quod legis Hungaricis tibi mittit Carmen ab oris,
Terminus a primo filius alme pater,
Hinc ubi piscesus praeterfuit oppida BODROG,
Humectans campos, vrbs PATAKINA, tuos.
Accibe namq; scio nostrarum cardine rerum
Anxia quod tristi corda dolore geris)
Qualis nos patriae digressos vrbe secuta est
Fortuna, in certo nescia stare gradu.
Et qua post varios huc nos ratione labores
Attulit, Aonidum nunc ubi fama viget.

Nondum complebat quatter sua cornua Phoebe,
Cassioia longas cogimur ire vias,
Cogimur, ast nullo nos exrudente, sed vitro,
Commoda nam longae defuit ansa morae.
Deficiente suos philomela psallere cantus,
An cuculi turpes quis capit aure sonos?
Fertilis interea lustrauimus omnia terrae
Clymata, quae pendit magna tributa Getae,
Censura liber non est saccer ordo Tyranni,
Aut alius, fruitur qui modo lucis ope.
Atq; ea (nam charo fas est aperire parenti)
Plena latrocinij, plena metuq; via est.
Obuius hic gaudens humano sanguine Turcus
Sapè sit, haec illi subdita terra patet.
Terra patet, Mahometigenisq; cohortibus ampla,
Hanc celeri miles saepe peragrat equo,
Nec tamen (ò factum bene) casu sensimus isto
Peiorem, modò quem nostra Thalia dabit.
Est mons Hungaricis destinguens finibus, illos
Transalpina Mero qui iuga culta tenent.

Altus, ut hunc cernens dicat contingere cælum,
 Monte sub hoc vitam Mō'dauius ater agit.
 Hic, postquam æquoreas Phœbus se merfit in undas,
 In tenebris longum continuamus iter,
 Tædia non vllum capiunt ita longa viarum,
 Ut velit hoc seffos monte leuare pedes.
 Antra colunt huius mœuendi dentibus aprī,
 Immanes Vrsos vnguibz iste fouet,
 Iam sed vbi longos cursu superauimus Alpes,
 Facta fuit lajfo villa propinqua pedi,
 Latrans sonat aure canis vox edra, nobis
 Spes ea tum primum certa quietis erat.
 Tendimus ad Tugunei congestum cespite culmen,
 In tenebris clausis querimus atq; fores,
 Symus exigui cultor ceu rusticus horti
 Vestigasse suum dicitur ipse focum.
 Osta sed cæcis manibus sunt obuia facta
 In conclaue suis que modò aperta patent,
 Hæc simul, ut strepitum, fuerant reclusa dederunt,
 Ingredimur, rectè sic fore nempè rati,
 Interea excutiens vigili sua lumina somno
 Hospes ait, quid vult hæc noua causa mali?
 Membraq; defiliens vili leuat impigra lecto
 Mox Cybalem, natum, mox vocat atq; suum,
 Postibus è nigris pendentiã corripit arma,
 Excitat & crebris flatibus illa focum.
 Nos trepidos vite discriminè luridus horror
 Occupat, & geli tus concutit ossa tremor.
 Egreditur, nobis surgunt horrore capilli,
 Nec facit officij munera lingua sui.
 Tunc subière meam, genitor dulcissime, mentem
 Qualia ni granti dicta paterna dabis.

Nate peregrinas procul hinc abire per oras,
 Obscura noli carpere nocte vias.
 Ut iugulent homines surgunt de nocte latrones,
 Sæpè viatori nox tulit atra necem.
 Noctè sub obscura fiunt mala plurima, nocte
 Multa latrocinij sunt loca plena malis,
 Iamq; propinquabat lacrymosa cædis imago,
 Acta sed euentu res meliore fuit:
 Namq; furore breui correptum vicimus, hostem,
 Vt vicinus harmonicis saxea corda sonis.
 Et velut æquoreus, qui vexit Oriana Delphim:
 Carmine sic nostro captus & iste fuit,
 Qualiter ingenus mansuescant corda per artes,
 Tunc ego donatus cognitione sui,
 Tunc non pernituit voces didicisse coronas,
 Ars erit hæc ideo semper amata mihi.
 In miseri etenim præbet solatia rebus,
 Daq; peregrinis commoda mille viris.
 Qui cupit inmodicis sine sumtibus ire per orbem,
 Faxit ut hac tintus lingua is arte donum.
 Musica cultori victum procurat alumna,
 Eripit è mediæ faucibus atq; necis.
 Demo locum media seruatum cæde procorum,
 Inficias hominum nuumè quis ire potest?
 Carmine quod regum, dulci cantuq; solebat,
 Et, licet ignoti, facta referre Iouis.
 Quin quoq; prudentem cantus seruauit Vlyssēm,
 Mendicus querulo dum rogat ore cibum,
 Musica comparibus septem compacta cicutis
 Te mea dum viuens, lingua sonabit, erit.
 Te quoq; PETRE mea celebrabo voce BAROSSĪ,
 Quo didici dulces præcipiente sonos.

Musica
 laus &
 necessi-
 tas, atq;
 vtilitas.

Iam loca, iam populi, mores hominumq; parenti
 Essent carminibus significanda meis.
 Sed quia res nimiam longi foret ista laboris,
 Religio qualis sit regione canam.
 Ethnica multorum coluerunt nomina diuū,
 Mundus adhuc expers cum pietatis erat.
 Subdita Romano siquidem prouincia scepro
 Roma caput mundi quando tenebat, erat,
 Nunc quoq; fictorum restant simulacra Deorum
 Vidimus in multis qualia multa locis,
 Nomina quin etiam magnorum sepe virorum
 Exhibet antiquus conspicienda lapis.
 Qualia præcipue Vaiudæ continet aula,
 Hic ubi detinuit nos mora quinque dies.
 Olim Romanis fuit hæc repleta Colonia
 Terra, sed hanc saxo martis ademit ope.
 Saxo rebellantem per multos Carolus annos
 Armis non potuit quem superare suis.
 Ac tandem longo belli certamine victum
 Expulit in fines nobilis Hunne tuos.
 Cuius Marte suo possedit vitibus agros,
 Quos nunc, ignota sed prius arte, colit.
 Nec dum religio viguit tunc vera per orbem,
 Nam mundus coluit tunc simulacra Papæ.
 Iam sed ubi tenebris lux est exorta fugatis,
 Que loca in summum spemq; fidemq; DEVM.
 Illa suos vnde est egressa remittit ephesos,
 Hinc culti redeunt moribus arte, domum.
 Et qua suscipiunt celestis semina verbi,
 Hac alios rursus dexteritate docent.
 Atq; Sacramentum specie sub vtraq; ministrant,
 Cæna redemptoris cum celebratur eis,

Infantesq;

Infantesq; sacro perfundunt vsq; lausacro,
 Heredes regni sum: quia CHRISTI:
 Ast quoq; degeneres habet hæc prouincia natos,
 Hæresis auctores progeniitq; graues,
 Quælis pestifera et terrimus hæresis author,
 Arrius Eumenidum sanguine cretus, erat,
 Turcarumq; pars qui nomen acynace CHRISTI
 Perdere confessos nocte dieq; parant.
 Hereticum sed enim maiora incommoda virus,
 Martia quam bellis qui rapit arma, facit
 Vilis est corpus diuinæ particula auræ
 Turca serox corpus, sed necat ille animam.

Primus est hæc ausus Franciscus peste Davidis
 Translyuana fuit commaculare loca.
 Factus ab Italia profugus Blandrata secundus
 Principis hunc instar numinis aula colit,
 Hi duo tot miseros letho immergere profundo,
 Quos solet ingrediens dirus ouile lupus.
 Sanctam blasphemio Triadem calamoq; negantes
 Oreq; vah, nullo facta piando modo.
 Ipse meis quoties blasphemos auribus hausi,
 O veneranda Trias, quos vomuere, sonos.
 Non ibi Baptismi tinguntur fonte puelli,
 Incipiunt ritæ qui numerare dies.
 Sed cito per populos sua desinet ille venena
 Spargere, iam docti nam coiere viri
 Hanc vt cælesti configant voce Chimeram,
 Quæ sacra religio damna nocere tulit.
 Erroris nisi pœniteat quem fortè profissi
 Mulcibet absumet membra cremata sua.

Franciscus
 Daudis
 & Geor-
 gius Blandra-
 ta arrianam
 blasphemiam
 in Transly-
 uania duc-
 ces.

Qui

EXERCITAT. POET.

Qui regit hanc, ubi nunc maneo Cophæus in illo
Concilio præsens cogitur esse, Scholam.
Quæ caput vsq; adeo per honestas extulit artes
Non sit ut Hungarico clarior vlla solo.
Fama meis etiam quæ clivæ percerebruit aures
Tecta, statim dixi, vester alumnus ero,
Assera tentabat paupertas frangere mentem,
Atq; ais hic nullam scis quod habebis opem?
Non tibi repletam mittet pater are crumenam,
Qui putat à Turcæ te perijisse manu,
Aut te Barbarica peregrinum gente Camænas,
Iamq; diu cultas deseruisse Scholas.
Tunc ego, num clausa est cælestis dextra parentis,
A patre desertum respicit ipse DEVS.
Si pater hoc sciret qua sis statione locatus,
Eius adhuc largas experirere manus.
Ecquid in immemorem subeunt obliuia mentem
Ante tuis studijs quam pius ipse fuit.
Quare ne dubita studijs incumbito saltem,
De cælo auxiliium, deq; parente, feres,
Sic igitur totum fidei me trado paternæ,
Qui paupertati consulat ipse meæ.
Non opus est magnos nimium transmittere sumtus,
Te pater hæc etiam littera sine monet,
Transsylvana dedit mihi multa profectio namq;
Commoda, dextra mea est æro reuersa grauis,
Nempè salutantes illorum limina cantu,
Quos proprio sonit Colliopæa sinu.
Commoda cum nummis animi percepimus. et sic
Nostra fuit nummis dextra reuersa grauis
Floreni. (saluo sit dictum iure parentis)
Sufficient nobis tres, quatuor nè dati,

VALERIA. MADER.

Id modò, si poterit fiat rogo tempus ut ante,
Quo niue candentes conspiciantur agri,
Sic optata tuis contingant omnia votis,
More scuis Pylji iam pater alme vale.

AD DOCTISSIMUM VIRVM DO-
MINVM NICOLAVM COLACINVM, PRAE-
ceptorcm optimum, ex sc. ola Patakina.

Salve Castalis præceptor culte per artes,
Immortale tibi quæ præperere decus,
Gloria Pieridum, patriæ laus inelyta terræ,
Sint precor ut vitæ tempora longa tua.
Dignus es æternos, qui viuas prosper in annos
Atq; Sibyllinos, Nestorcosq; dies,
Ingenij es claris qui tot virtutibus auctus,
Aequora quor pisces, quot polus ajra tenet.
Infinia polo ceu lucent sydera picto,
Innumeras sic tu fers quoq; mentis opes
Scilicet à Domino concessi dona Talenti
Exercens, fructum nocte dieq; facis,
Dulcibus inuigilans Musis, ceu lumine Titan
Lustrat humum, noctis seu venit umbra, studes,
Nec studio fructus, nec desunt commoda centum,
Vtilis est Domino quem geris iste labor.
Fervida nam docto quem pendet ab ore iuventus,
Eloquij sentit flumina larga tui.
Quæ tua demirans facundæ carmina Muse
Discit in alternos cogere verba pedes:
Verba DEI, spurcos nos fers COLACINE Poëtæ,
Exulat impietas, Carmina sacra placent.
Vnde Ministerij sanctissima iura subire,
Atq; rudi poterit voce præesse gregi,

Impia Romana contumdens somnia plebis,
 Somnia pro verbo quæ coluere DEI.
 Talibus es meritis longuæ præmia vitæ
 Officijs talem CHRISTI ET tuere virum,
 Sed mihi nescio quæ tristissima nuncia fame,
 De rebus tulit hæc Ò COLACINE, tuis.
 Pro bene non itidem, tibi factis facta referri,
 Lataq; iam tristes tecta habitare lupos,
 Mansuetam nutrire prius quæ tecta iuuentam
 Fama refert, terræ quod graue pondus alunt
 Quæq; tribus tabula linguis patuere notatæ
 Subijcit has lateri turba nefanda suo.
 Heu te carminibus decorata Cathedra venustis,
 Num tua sunt etiam ligna cremata foco.
 Te præacuta ausus quisquis violare securi,
 Ille manu dignus qui coruisset, erat,
 Ast mihi non tantum pariunt hæc parua dolorem,
 Quæ proprio sensu quæ ratione carent.
 Est magis stibilibus quod persequar vsq; querelis,
 Est cur ex animo te COLACINE fleam?
 Impius & meritorum ingratus miles habetur,
 Quem ducis infelix non mouet hora pij,
 Tunc sua cognoscunt homines mala, quando bonorum
 Vsbis, & dulci commoditate carent.
 Hei, mihi quanta nouem fecerunt damna sorores
 Ni regis Aonidum, Rector vt ante, chorum,
 Non ita Zolnenses tollentur ad æthera ciues
 Laudibus ob doctam, quæ meruere Scholam
 Non hæc longinquus studiorum nomine ciuis
 Non mûitet natos clara Vienna suos.
 Quæq; Sepusiacas inter: caput extulit vrbes,
 Letæ Zouia veniet nullus ab vrbe puer.

Semita nobilibus nunc est præclusa propinquis,
 Quæ soliti teneros ferre suere pedes
 Antè frequens, nunc iam cessabit adesse Bohemus,
 Incluta quem potuit fama vocare Schola.
 Vos quoq; Zolnenses longis quæretis in oris
 Fittoli spretas absq; decoræ Deas,
 Felices iuuenes primo sub flore iuuentæ
 Dogmata sumserunt qui COLACINE tua.
 Siue etenim spectes diuini semina verbi
 Omnia sunt verbis enucleata tuis.
 Siue, prius nostris obscuras sinibus artes
 Eloquio lucem quæ peperere tuo.
 Plurima grandæguos fugiunt: ætate Magistros,
 Quæ didicit paruus te præeunte puer.
 Lingua Palestine, non multis cognita, gentis,
 Per digitos pueris est recitata manus.
 Græcæq; cum lingua nouit præcepta latina
 Quæ tibi præceptor subdita turba fuit.
 Ergo decet mixto suffundere lumina sletu,
 Impius est, qui non corde dolente gemit,
 Si qua prius tristem meruerunt tempora luctum,
 Conuenit his sicca: non tenuisse genæ.
 Rex Macedum cuius celebrant quoq; facta Prophetæ,
 Scripsit Aristoteli talia verba sopho,
 Grata quidem mentis præconia reddo tonanti,
 Quod sobolem luci prodidit ipse meam.
 Sed maiora meum perfundunt gaudia pectus,
 Gaudia magnanimo digna parente fero.
 Tempore quod dulcis sumfit primordia vitæ
 Capit & hic æuo, magne vir esse, tuo.
 Qui teneri poteris mores inflectere natis,
 Et puero sophilam tradere voce sacram.

Rex velut oblato celebrabat magna Philippus
 Gaudia natalis tempore filii:
 Sic vos ablato Zolnenses pectora ciues
 Tundite, qui sobolem vultis habere bonam.
 » Scilicet heros generoso sanguine cretos
 » Mansuetos cultos artibus esse d'cet.
 » Gratia pro vite tribuenda parentibus ortu
 » Est bene quod viuas se referenda Scholæ.
 Quæ schola si docto careat fraudata Magistro
 A vitio turpi nomen & omen habet.
 Ocia NICOLEO sub præceptore fuerunt
 Sancta, placent studijs qualia nempè sacris
 Bacchica dum celebrans cursabat turba per urbem
 Festa, nihil sana quæ ratione gerit.
 Turpia Tyrfigeri furias & festa perosus,
 Nobiscum studijs deditus ille fuit.
 Ocia nec tulit huic canis Erygonius ætu,
 Frigida sed studijs templa dedere iocum.
 Templa nimis parua que sunt vicina Sareptæ
 Quippe schola templis nil prius esse potest.
 Hæc dat doctiloquos vicina petita ministros
 Pastores Domini non alium le gregis
 Hæc bene prudentes tibi dat Respublica ciues,
 Euehit obscuros cultaq; sæpe viros.
 Vt Maro testis, & est Romane gloria lingue
 Tullius, obscuro natus vicerq; patre.
 Atq; parentales hæc tu ratione penates,
 Et patris oruasti nobilitate domum.
 Excellens proprio populares nomine cunctos,
 Dum recolis Musas, pectore, mente, sacras.
 Vnde geris sancto nactus Baptismate nomen
 Omnia nominibus nam quis inesse neget?

Fallor? es hoc etiam, quod vincis, nomine dictus,
 Omne voluptatum sedulitate genus.
 Sedulitate parem nam longis tractibus vllum
 Vera cano, potui non reperire tibi
 Hinc desiderio quoties rediisse volebam,
 Atque tuæ rursus querere testa Scholæ
 Talia sollicito versanti pectore quadam
 Aggit ante meos nocte minerva pedes.
 Atq; ita sollicitus iuuenis, cur angeris inquit?
 Quando tenebrosa noctis aguntur equi?
 An quia sede parum prudentem pœnitet alma
 In longas peregræ sic abiisse vias.
 Aut præceptorem pedibus, precibusq; petitem
 Ereptam (votis) angeris esse tuis,
 Desine languidulus cura siccare medullas,
 Nil iuuat elapsis cor cruciare malis.
 Ecce Patavina, quem lugens Lector in urbe,
 Militia cuius castra sequaris erit.
 Dixerat, & tenues mox se subduxit in auræ
 Exequor edictum delecta minerva tuum.
 Ac duodena regit qui signa volubilis anni
 Sol cæli totum penè peregit iter,
 Ex quo Bodrogij piscosum saluus ad amnem
 Hic procul a patria sede remotus ago.
 Hic ubi quem torques optabam cernere, viuê
 Cesar Cesareo nomine nomen habens.
 Et velut Euryalo tibi iunctus amore Mathias
 Qui triplicis lingue cognitione præest.
 Sic igitur, siquidem statuit suprema voluntas,
 Hic remanens læti tempora veris agam.
 Inde reuersurus cupidos charosq; parentes,
 Et te, Præceptor chare, videbo, vale.

EXERCITAT. POET.
 IOCVS, AD VALENTINVM
 HELNERVM, CORONENSEM
 Transylvarum.

Virgilius tenuem formauit Carminis, orsum,
 A culice incipiens ludere metra leui.
 Postrius grauiore sed est sermone locutus,
 Troiani referens bellica facta lucis.
 Ergo celebrati vestigia r. cta Poëe
 Aonio debet qui bibit amne sequi
 Deq; prius leuibus conscribere carmina rebus,
 Qualia vel culicis pondus habere solent.
 Sic ego qui socio sum tecum foedere pactus
 (Foedera mortales inuiolata decet)
 Vt simul alternos secura per ocia verus
 Accipias nostros, rursus & ipse tuos.
 Incipiam breuibus te compellere loquelis,
 Festiuus misces serua verba iocis:

Rusticus extremam vite cum cerneret horam
 Quodq; foret mortis meta propinqua sua.
 Omnia commendans presentibus æger, amicis,
 Ambiguum tremulo fudit ab ore sonum:
 Batte tibi charum, quem summè diligo Gallum,
 Batte tibi lego iam moriturus ego,
 Scilicet huic Gallus lucis prænunciatus ales,
 Et Galla seruus de genetrice fuit.
 Fallor? an hic seruum vel auem legauerit illi,
 Causa VALENTINO discutienda datur.
 Quem natura senem reddit prudentia, quamuis
 Signet ei teneras paruula barba genas.
 Hæc ad Candelam sero sub vestere lusi,
 Tu quoq; respondens quando licebit eris.

VALERIA, MADER,
 VALENTINI HELNERI, AD

questionem Valeriani Mader iocofam.
Ager eram, dextro stillans mihi nare catarrhus
 Infans mentem præcipit at aquis.
 Non: animo sensus nec crant in corpore vires,
 Parte mei viuus, parte sepultus eram,
 Cum mihi docta tua defertur littera Muse
 Docta Sabineis littera pota vadis,
 Quid dicam? subito fugit de corpore languor,
 Et redit ingenio sensus vt ante meo.
 Tunc animo sensus & erant in corpore vires,
 Parte mei tota, res bona, viuus eram.
 Sint tibi perpetuæ laudes, eternaq; facti
 Gratia, sit duplici nomine dicta tibi.
 Tum quia vesani relcuasti tormina morbi,
 Quem DEVS Aonia vix releuasset ope.
 Tum quia carminibus felici flumine fuis
 Exagitas nostræ dissona plestra lyre,
 Est aliquid magnis naturæ excellere donis,
 Maius naturæ semina velle sequi,
 Me quoq; quid taceam? natura benigna bearat,
 Legibus, & sanctis iungere verba metris.
 Sepius inuitum memini me scribere Carmen,
 Et retuli pleno nescius ore modos,
 Sed demens alias studio dum prosequor artes,
 Ingenij negligens insita dona mei,
 Et quas optavi nec quicquam consequor artes,
 Et quæ neglexi dirigere bona.
 Hinc mihi nulla venus, quicquid vel scribere tento,
 Dicere quod tento gratia nulla subest.
 Hinc odi lucem, fugio consortia vatium,
 Quodq; scio solum me modo scire velim.

tamq; pudet nostri. pudet indulsisse labori,
 Si quid composui composuisse pudet.
 Heu cur indoctum tam docto Marte laeſis,
 Cur mihi demandas tam graue Martis opus.
 Cur. quæ celauit, luci me prodece cogis
 Et, bene quod latuit, non latuisse sis.
 Quid faciam? pugnamne vel hosti terga relinquam,
 Mens iubet hoc, illud iusq; fidesq; iubet.
 Quicquid agam neutrum certe sine crimine possum,
 Si pugno perco, aut fallere turpe fidem.
 Alca iacta iacet, satius succumbere leibo,
 Sobria quam fidei fallere pæſta dare.
 Quo res cunq; cadet, sum respondere paratus,
 Si bene non potui, sit voluisse satis.
 Dexter ades Pæan, nostræ tutela Thaliæ,
 Dirige scribentis docta virago manum.
 Incipiam, duplicem referunt tua carmina Gallum,
 Alter Gallus homo, Gallus & alter auis.
 Gallus ut alter homo, morientis in æde manebat;
 Mansit in hac ipsa sic quoq; Gallus auis
 Ambigua queris quem voce notauerit ille,
 Dicendo Gallum suscipe Batte meum.
 Gallum, quo non est mihi charior vlla suppellex
 Hunc quæso resequi Batte fauore velis.
 Ardua res, dubia trahor in contraria mente,
 Hæc tamen ut verò pars magis apta placet?
 Scilicet hunc nec auem, nec seruum nomine Gallum
 Sed potius Gallum voce notasse senem.
 In plano res est, nam quilibet illa libenter
 Tuta cupit, quorum flagrat amore magis.
 Quilibet & rursum sibi deligit illud amandum,
 Quod magis delectans commoda plura parit,

Tam certè nostrum Gallus non alter & alter,
 Sic delectauit quam bona Galla senem.
 Dulcior hac ete iam non dicitur esse voluptas,
 Quæ venit in dulci iure petita toro.
 Nec, si vera ferunt, amor est vehementior vllus,
 Quam qui de diuici Cypridos igne micat.
 Nec minus agricoe nostri fuit utilis illa,
 Duxit ab hac vitam Gallus vterq; suam,
 Hæc peperit Gallum nutritq; hæc semine Gallum,
 Huius erat Gallus, Gallus & huius erat,
 Nil igitur Galla nil Galla suauius ipsa,
 Hanc igitur Batte credidit ille suo.
 Cur ais Gallum Gallæ pro nomine dixit?
 Cur falso falsos protulit ore sonos?
 Accipe. ni Gallia differt à nomine Galli,
 Sæpè ego cum Gallum de noto Gallo loquor
 Premitius est Gallum senibus quam dicere Gallam
 A iuuenes o sed curua senecta potest.
 Anne quod & senij vitium commune loquendi,
 Pro Galla facile dicere Galle dedit
 Nonne vides, canum quoties affaris amicum,
 Quam dapra uatos cogat ab ore sonos.
 Quam quoq; non iustum moueat tibi sæpè coachinum,
 Dum tonat in pressis manca susurra labris,
 Quo magis hic medio per fusus frigore lethi,
 Pro Galla potuit dicere Galle, miser.
 Hæc igitur nostræ stabit sententia menti,
 Dum me non contra sortior hostis eat.
 Si tibi non vafro placet assentire sophismo
 Impete, nos certè nulla mouebit hyems.

EXERCITAT. POET.
VALERIANVS MADER,
VALENTINO HELNERO.

VT tua Pierio confersa lepore tulisti
Carmina iudicij dexterritate. valens.
Dulcibus intentus dapibus. duo candida tinxi
Oua. tuis oculis res ea visa fuit.
Dulce tibi stomacho. sunt dulcia serena palato,
Carmine sed non est dulcior ore cibus,
Ergo tuae captus doctæ dulcedine Musæ,
Oua procul. dixi. tolle. repente. puer.
Nunc animam sarcire iuuat. qua sola voluptas
Aonij debet cor la leuare gregis.
Hic meus ardor erat tua quando Poëmata vidi,
Vt legi sed enim gaudia quanta tui?
Non ita THALENSES altis in montibus vna,
Collectæ dulces. crede. fuere mihi.
Neq; ita suaue recens attractum stramine musum
E plenis memini dulce fuisse cadis:
Ceu tua quæ facili deducis carmina vena
Ceu tua disparibus verba ligata modis.
Prima statim doctæ monstrant præludia Musæ
Ingenij quam sit copia larga tui.
Dum tibi carminibus languentia corpora fingis
E media in vitam morte redisse meis.
Est bene quod tantis habeant mea carmina vires,
Corpora de tumulis vt releuare queant.
Nostra tibi longam producent carmina vitam,
Fama nec est vnquam deperitura tua,
Quinetiam grauis confersa modestia verbis,
Per totum lucret. quod mihi scribis. opus.

Thefsau

VALERIA. MADER.

Thefsaurum quereris te neglexisse decorum,
Quem natura deit mentibus ipsa parens,
Mille bonis tentas quando voltare per artes,
Et Iurista bonus Rehor & esse volens.
Nec tamen optato shiliorum sine potitus,
Sema natura deperijse bonæ.
Vnde fit vt fugias. inquit. consortia vatam,
Quodq; ietas souum te modo cire. velis,
Talibus exenians sed docta Poëmata verbis.
Gratibus assurgit tunc tua Musæ fonis.
Ac velut unda fluens tenui scaturigine fontis,
Angustis primis. mox spacio. a vijs:
Sic tua per longam se fundunt carmina chartam
Sic ducta p. acido fluminis instar eunt.
Cum tibi sunt igitur felicia dona sororum,
Cur ita demor maria signa fugis.
Heu cur in ostium. dicens. me marte laceffis,
Quid mihi demandas tam graue martis opus,
Quamuis cri. tatus mouit tibi prælia Gallus:
Inferior tamen est viribus ille tuis.
Cernis vt elatum collumq; & rostra repressit,
Cernis vt hunc pugne. militiq; pudet?
For sitan infelix si præsciuisset idiplum
Venturas pluuas ante videre sciens.
Martia pugnaci nunquam cum milite bella
Tentasset. medians. tradere terga fuge.
Nec tamen omnino victor letare triumpho
Ecce meus Gallus rursus ad arma vocat,
Rursus ad arma vocat. stridiumq; recolligit enses,
Audacesq; cupit conseruisse manus.
Sed satis est hodie pugnatum marte cruento,
Militibus tacita sit quoq; nocte quies.

EXERCITAT. POET.
 IN NVPTIAS EGREGII DO-
 mini PETRI BAROSSII, & honesta
 virginis ELISABETHAE HRONCOVIAE,
 Trencinij & Illauiæ celebratas.

Accipe Præcipit teneros in carmine fectus,
 Discipuli tedi quos peperere tuis.
 Splendida qui nequeunt tibi munera ferre, rependunt
 Pertenui quamuis carnina ducta stylo.
 Dent alij nummos, carnes dent atq; ferinas,
 Sat dabit is qui dat quod dare cunq; potest.
 Carminis dona ferunt pauci meliora vocati,
 Crede mihi ponlus munera mentis habent.
 Sic gener insignis, magniq; Melanthonis ille
 Gloria Pieridum magna Sabinus ait:
 „ Si quis Erythraeas gemmas donarit & aurum,
 „ Haud meliora tibi carmine doni dabit.
 Ergo iuuentutis commississe carmina sponfes
 Ista precor vultu candidiore legas,
 Pectora qui niuibus fers candidiora lapillo,
 Si qua carent cultu, ne preme cuncta nigro,
 „ Qui nescit teneros criticus tolerare Tyrones,
 „ Non poterit felix ille docere rudes.
 „ Nil nocet in primis prauos confingere versus,
 Qui mala nunc, olim carmina docta dabit,
 Scilicet haud rigidum nimium decet esse Magistrum,
 Qui iuuenum turba ritè præcesse cupit.
 Ipse ego cum facerem versus querilibus annis,
 Multa licet tetra digna fuere nota,
 Omnia sed prudens non præsit verba Magister,
 Vt studio vires adderet ille meo.

Qui

Qui non vlla prius scripserunt carmina, scribunt,
 En tibi, nam tuus es dignus honore thorus.
 Virgineas alij ducant, celebrentq; choreas,
 Nos decet hunc versu concelebrare diem.

ECHO.

Montibus & saxis habitans resonabilis Echo
 Proxima quæ templo mœnia nostra colis,
 Dic mihi, namq; potes quæ sita referre potenti,
 Anne virum virgo nunc Elisabeth, Echo, habet,
 Hanc reor ardenti P E T R V S dilexit amore,
 Et sociam lecti iam sibi querit & erit
 Est formosa, bonis exultaq; moribus, illam
 B A R O S I V S, semper P E T R V S amabit, abit.

ALIVD.

HONESTATEM, NECESSI-
 tatem, & vtilitatem sacri cons-
 iugij continens.

Dicite, Pierides sponso noua gaudia Muse,
 Dicite, sponsus enim numina vestra colit.
 Carminis auctorem versu ce'brate camæne,
 Coniugio gaudens dignus honore vir est.
 Coniugij D E V S est sancti protector & auctor,
 „ Iura thori temens numina temnit homo. „
 Quæ D E V S instituit primo pia gaudia Adamo,
 Gaudia sunt omni percipienda viro.
 Quod D E V S instituit, nulli contemnere fas est,
 „ Omne bonum præstans efficit auctor opus. „
 O genus inuisum monachi, turpissima pestis,
 Arma D E V M contra qui scelerata struunt.
 Hi pugnare pia pro virginitate videri.
 Dum seruant scortis claustra repleta, volunt.

vifa

vsq; adeò bellum naturæ inferre potenti
 Non pudet inanos, consilij; leues.
 Commenda coniugij quis nequit plurima sancti?
 Vix maiora quibus commoda mundus habet.
 Ier sacra coniugij Domino connubia **CHRISTO**,
 Immenso crescit cæcis in orbe pius.
 Hinc electa **DEO** latis Ecclesia terris
 Læticia cæli perfruitura, venit,
 Omnipotens cuius tanto perflagrat amore,
 In mortem vt natum traderet ipse suum,
 Scilicet est ingens cælestis gratia patris
 In genus hoc, viuit quod per amoris opus.
Omnibus auxilio quis non opus esse putabis,
 Auxilium charo fert bona nupta viro
 Pingua peruertit si quando rura colonus,
 Venturo reparat sedula sponsa cibum.
 Dum tua peruigeli faciebas munia cura,
 Ingressus vacuam coniuge **PEIRE** domum.
Ah quoties, charæ post tristia fata **BRIGIDAE**,
 Optato agnoscis te caruisse cibo.
Passus es aduersos priuatus coniuge casus,
 Res tibi cum fida coniuge quanta perit?
Quæ mala distractos comitentur damna maritos,
 Exemplo res est sat manifesta tuo.
 Neglectumq; pecus domina moriente ministrat
 Coruis. & canibus pascua crudiuoris.
 Omnia furantur, nunc hoc nunc deperit illud,
 Furibus est vidui quæq; repleta domus.
 Sed quid præteritos tento renouare dolores,
 Tribus exactis carmina leta canam.
Quæ tibi sunt serua, sed quæ pericere relinque,
 Aucupis è manibus missa volucris ait

Quem tibi per tumultum peperit Brigida dolorem,
 Leniat hunc thalamo dulcis Elisa iuo
Vt prior illa suum Dominum constanter amabat,
 Et redamata pari rursus amore fuit:
Sic noua te placidum redamabit sponsa maritum,
 Sic vobis dulcis pectora iunget hymen.
Rebus in aduersis, rebus pariterq; secundis,
 Sedula promissam præstitit illa fidem.
Sic (nam vera queunt etiam prædicere vates)
 Præclari, similis, nominis vxor erit.
Virgineos mores clara cognouit in aula,
 Quæ venit ex aula candida virgo venit.
Moribus egregijs cultas decet esse puellas,
 Quæcumq; heroum splendida tecta colunt.
Qualis est **ILLAVIAE** turritas qui regis arces,
 Magne vir, ingenio, & nobilitate potens.
Turpia cur igitur leue fers mendacia vulgus?
 Quando cupis famam dedecore bonam?
Qui mala de sponsæ sunt nomine falsa locuti,
 Et mal'è qui dictis cumq; dedere fidem.
Vt suspendantur, digna est pro crimine poena
 Auribus hi, lingua pars sed iniua, sua.
Non hominum linguis fato sociantur amantes,
 Nil facit aduersus lingua scelestæ **DEVM**.
Illi sponsa fuit curæ, cum nulla parente
 Præsidia aut chara matre reposita forent.
Vidi ego quam multos opibus caruisse paternis,
 Auxilio sed enim non caruere **DEI**.
Non est diuitijs vnquam fas credere fluxis,
 Sunt inconstantes quas habet orbis opes.
Est **DEVS** ipse potens, materq; paterq; rogatus
 Diuitias, vsus si ferat, ille dabit.

EXERCITAT. POET.

Hic tibi nil dubita, plenas exporriget vlnas,
 Sporse decus clarisq; pierijsq; chori.
 Hic tibi sponfa suo præsens velut ante solebat
 Auxilio, casta mente rogatus erit.

AD GEORGIVM BVLGAR,
 VALERIANVS MADER.

Nuper, Musæi, discendi, sede relicta,
 Et petij gressu t. cta paterna meo.
 Doctior vt fiam prudentis ab ore parentis,
 Qui mihi Præceptor, qui Pater estq; simul.
 Nam mihi cum moles incumbit magna laborum
 Fessus ad hunc semper, quo releuerer, eo,
 Vnde gradus nuper referentem, me tua tali
 Alloquitur, quæ vult nubere, voce soror.
 Siste pedem vicine, meis ac parce loquelis,
 Neve velis grauiter, quas dabo ferre, preces.
 Dixerat, attentis hanc auribus audio, tandem
 Virgineis tulit hæc mollia verba labris:
 Scis bene Bannouij qui sceptræ Scholastica gestat,
 Fraterno quod sit iunctus amore mihi.
 Huic rogo quæ propter nostro tu nomine scribas
 Ad thalami vt veniat sacra colenda mei.
 Ista pudibundo postquam dedit ore, puella
 Promissis abij: reddita certa meis.
 Ad sacra coniugij venias idcirco vocatas,
 Non illis quam tu gratior hospes erit.
 Frater es, ergo tuæ fac sis conuiua sorosis
 Cum veniet thalami, coniugijq; dies.
 ,, Coniugibus vult nos CHRISIVS saluator adesse,
 ,, Quod CHRISIVS fecit nec tibi turpè puta.

VALERIA. MADER.
 CARMEN SAPPHYCVM,
 Patriam, Parentes, Educationem, res gestas,
 & exitum vitæ IOANNIS BAPTISTAE,
 breuiter continens.

SI DEVS cuius reperitur ore
 Nil doli summo celebrat fauore.
 Elisabethæ sobolem, IOANNEM
 Nomine dictum.
 Cur tuos nostrum celebrare Carmen
 Cessat, ô vates, pie, sancte, honores
 Editus quò non s'facioso in orbe
 Celsior alter.
 Natus est orbis Solymæ potentis
 Mœnibus, sedes fuerat sacri
 Cui DEI verbi pariterq; IESV
 Omnipotentis.
 Patre lucem ZACHARIA ministro
 Seminis diui, genitricis atq;
 Hausit ex casta, strillis fuit quæ
 Prorsus Elisa.
 Vilibus ventrem saturauit ille,
 Melle syluestri, pariter, locustis,
 Corporis non hic habitum probauit
 Splendidiorem.
 Hic DEI prolem digito, abluentem
 Sanguine, & nostros proprio reatus
 Monstrat, atq; hunc Iordanis iste vates
 Merfit in vnda.
 Sed quod atrocis scelerosa taxat
 Crimina Herodis, iubet vt miselli
 Ense præcisum caput adferatur
 Lance IOANNIS.

Cede crudeli perit hic beatus
 Vera qui CARISTI documenta sparsit
 Sic malus sanctis tribuit ministris
 Præmia mundus.
 O DEVS vasti fabricator orbis
 Robora nostras pietate memes,
 Ut tuo pro nomine proferamus
 Cuncta pericla.

AD EGREGIVM DOMINVM

IOANNEM STORCIVM, SYM^{PA}

patriotam charissimum dedicatoria,
 Cuius ingenuè quos enutriere Camæna,
 Debetur duplici nomine dignos honos,
 Tum quis consilio prudenti iura gubernant,
 Tunc quia res illis publica clara manet.
 Urbibus haud magnam dant splendida mœnia laudem,
 Quod sensu lapides & ratione carent.
 Est neq; diuitijs Respublica clara caducis
 Diuitia pereunt, mœnia celsa ruunt.
 Si quid habet vere celeberrima patria laudis,
 Hoc habet à doctis, quos nutrit, illa viris.
 STORCIVS in quorum celebratur classe IOANNA,
 STORCIVS egregio de genitore satus. (NES,
 Consilio totam qui rexit sapius urbem,
 Est neq; dissimilis filius ipse patri.
 Ergo tua cum sis dignus virute IOANNES,
 Ut quoq; tu versu concelebrere meo.
 Accipe syncerum testantia carmina a morem,
 Atq; eadem placida carminamente lege.
 Versibus his magnus celebratur laude IOANNES
 Quo maior vasto nullus in orbe fuit.

Cuius habes pulchrum quoq; tu de nomine nomen,
 Omnibus sæpè viris nomina tanta ferunt.
 Hac te LANE procul grauiores pellere curas
 Conuenit. & patrio viuere more die.
 Viue diu, longos tibi det DEVS optimus annos,
 Quæ mea ne careant pondere vota vale.

DE CERTAMINE GAL-

lorum, Gallinaceorum, Iustus
Schoasticus.

Gallorum tenui modulabor arundine pugnam,
 Et prima illius fuerit quæ causa duelli,
 Commodaq; hinc teneræ quæ debent carpere mentes.

Oblita cum glacie pedibus sit semina nostris,
 Quæ prouit in vicium ruimus, peioraq; semper
 Insequimur, varios tentati inquirere nervos,
 Hi quorum esse solet melior sapientia menti,
 Humano ut possent fragili succurrere lapsu.
 Ergo alij fictos scripserunt carmine ludos,
 Sub specie soliti figmenti abscondere verum,
 Et velut extenso monstrarunt indice, vitæ
 Quod sit iter nobis fugiendum. quodue sequendum.

Nonnulli in brutis exempla imitanda dederunt,
 Fecerat ut prudens Lacedæmonis urbe Lycurgus,
 Dum populo geminos produxerat ille catellos,
 Quanta malæ, erudiens vis consuetudinis esset.
 Absimilis cui pugna fuit non ista volucrium,
 Pergama turrite tulerant exordia Troie
 Cuius prima daret vitæ ut vestigia rectæ
 His malè viuendi quibus est nondum impius usus,
 Ad nostræ hinc longo manauit tempora more.

Ne verò hæc auni carcant spectacula frustra
 Corporis externa & pascamus lumina tantum
 Omnibus hæc pariter bis quinq; imitanda dabuntur.

I. **C**eruicem attollit velut in certamine gallus,
 Gallus quansq; suos figit cum pondere gressus,
 Ingenio vultu sic te decet esse, Palæstram
 Qui petis hanc, clarias recolis qui ritè camænas.

II. **C**ominus aduersum dum fertur in antagonistam
 Inuit, is, laqueis tractare haud bella dolosis
 Esse piuum, telis sed contra opponere frontem.

III. **D**è domitis alas quatiens velut hostibus ille
 Gestit, & excelsum culmen petit in bene gestis
 Sic decet eximiam rebus gestire iuuentam.
 At victus veluti tenebras inquirat opacas:
 Sic quoq; deuicti capiat confusio vultum.

IV. **V**iribus at victus ceu mox redit ille renatis,
 Rem dubiam rostro tentans decernere acuto,
 Haud aliter studij faciet sectator honesti,
 Intendetq; suæ summo conamine mentis
 Vires, vt socium in cursu præuertere possit.

V. **C**eu loca celsa petit cristis circumdatus ales
 Sic alacris tu virtutis fastigia scandas
 Atq; tuos semper studeas superare sodales.

VI. **N**on somno indulget, sed voce silentia turbat
 Excubitorq; diem mortalibus indicat ales
 Plumes dum syluis repetunt animalia nidos,
 Scilicet & tepidas rostrum fixere sub alas.
 ,, Nec tibi fas molli totam requiescere lecto
 ,, Esse putes noctem NYPHALIA sacra colenda
 ,, Sunt tibi, continuant alij dum nocte quietem.

VII. **O**vi paræ gaudet gallus velut atq; cohorti
 Assiduum doctas sic te qui tendis ad artes
 Perpetuamq; honos inter decet esse sodales.

Puls

Pvllorum velut esse solet dux, quando parentis
 Orbati auxilio certa sine sede vagantur,
 Officijs sic vltro pijs seruire decebit
 Auxilium duris poscenti rebus amico,
 Præcipue pueris infirma etate tenellis.

Territat vt dirum gallus clangore leonem
 Indomitum syluis anima, quem tetra frementem
 Sylua omnes, atq; antra tremunt, montesq; resultant.
 Sic durum poteris Sahanam saua arma minantem
 Voce Euangelij doctus terrere potenter.

Immanes ipsa voce exanimare tyrannos.
 Cogitur imperium quorum tolerare colonus.

Pura legit verso gallus ceu puluere grana
 Pura ita de scriptis nos carpere grana iuuabit.
 Et mo lò quid dicam postremum haud esse sequendum
 Scilicet ore firmum fodiens dum quæritat escam
 Inuentam spernit gemmam, ac magis expetit hilum
 Nos verò è scriptis è fossum iaspida mentis
 Egregios inter thesauros condere oportet.

X

,,

,,

,,

,,

PARÆNESIS, AD CO- lendam Auroram.

Iam rursus nostris redeunt bona tempora Musis
 Autumni gelidos Sole vehente dies,
 Vmbraq; maiores distendit densa tenebras
 Exuperet longo tempore vt illa diem
 Ergo vigil totam non sterte scholasticè noctem.
 Membra sed ad lumen sepe leuato tua,
 Auroram studijs cognosces multa daturam
 Commoda. sed Dominus si DEVS addet opem,
 Ni DEVS humano dederit nam augmenta labori,
 Irritus & vanus tunc erit ille labor.

D

Regius

Regius in sacro hæc testatur codice vates,
 Repletus sacro pneumate, verba canens:
 Quod sine cœlesti mortales numine, noctes
 Referat infomes ducere sæpè nihil,
 Consilium sed quando D E V S dat rebus agendis
 Tunc sanctum, felix, redditur illud opus,
 Primo igitur vili demittens membra grabato,
 Grata D E O grato pectore vota cano.
 Incolumem quod te ad red'euntis tempora lucis
 Resituit, Sathane nec dedit in laqueos.
 Crura de hinc caligis, corpus circumdato veste,
 Hinc faciem puro fonte lauato tuam,
 Mox iterum forti cœlestia numina voto,
 Assiduâq; D E V M sollicitato prece.
 Ut tibi se adiungat Palinurum, ac vela potenter,
 Ingenij, præsens, dirigit ipse, tui.

AD NICOLAVM MEDA

NIENSKI.

Nunc ego priuatam, si nescis, transigo vitam,
 Inuigilans studijs tecta paterna colo.
 Nunc Rectore caret siquidem mea patria digno,
 Suntq; rudi puero tradita sceptrâ Scholæ,
 THVRRIVS huc ad nos emissus dicitur esse,
 Præuius aduentus, ô COLACINE, tui.
 Hinc mea laticiam capient præcordia quantam?
 Splendida cum cœlo fulserit illa dies,
 Tunc ego, tunc Musæ lapsum renouabo vigorem,
 Dignâq; te, cubila, carmina, mente, canam,
 Fata regunt nostros sum certo certior actus,
 Sint o sint Musis mûtia fata meis,
 Tu quid habes, calamodeser mihi queso fideli,
 Et opostiti, frater, maxima cura mei.

AD

AD CHARISSIMVM DOMI-
 num patrem, NICOLAVM MADER, ofi-
 sensæ deprecatio.

Suscipe, nec doctas venientes respue Musas,
 Qui colis & Musas qui reuenter amas.
 Siue iacens durum senus per membra dolorem,
 Siue (quod optarem) prosperitate vales.
 Cum Musis potis es latio certare lepore,
 Et Cicerone si cupis ore loqui,
 Ergone tam tristim patiar sine fine dolorem?
 Qui cor qui mentem lædit ad vsq; necem?
 Nulla mihi superest lapsa iam gratia: nulla
 Spes, patris vt chari rursus amore fruam?
 Hei mihi prodest patrijs quod verfer in oris?
 Atq; oculis cerno tecta paterna meis.
 Hæc siquidem trepido non ausim tangere gressu,
 Offensum, verbis nonq; domare, patrem.
 Qui iusta natum peccantem corripit ira,
 Discat vt exiguo cautior esse malo.
 Quem non parua mouent nati peccata parentem
 Grandia post frustra prændere facta volet,
 Exiguos grauitè par est vt conterat ausus,
 Qui magnis bene vult consuluisse malis.
 Ast ego, qua tanto crucior iam tempore, pœnam,
 (Quod temsi chari iussa verenda patris)
 Aut minui, prorsus vel tolli pectore vellem,
 Nam mihi tristitiam res parit ista grauem,
 Et grauis iratum res est habuisse parentem,
 Et grauius summo non obedisse D E O.
 Sit modus in pœnis iusta quoq; sit modus ira
 Nam virtus medium debet habere locum,

Exemplū
 obediē-
 tiæ filiorū
 erga pa-
 rentes.

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

,,

D 2

Hæc

EXERCITAT. POET.

Hæc te Pieridum per numina sancta sororum,
Perq; nouem, & genitor, quas colo. posco DEVS.
APOLLO.

Nvllius est hominum, tantos componere motus,
Ira os animos, offensaq; peccata verbis
Demulcere DEVS præcordia fleat at ipse,
Ipse potest duras hominum conuertere mentes,
Cum notos animos solo compescere nurus.
Ponderi Nestoreis nec sunt tam grandia verbis
Nec quicquam faciet docti præuasio cuius.
Auribus ergo tuis Musæ quæcumq; loquentur,
Instructæ nostris monitis hæc percipe verba,
Quæ quondam sacris scimus couisse Camænas,
Candida cum primum tordenti barba cadebat
Id quod tempus erat fuluo preciosius auro.

CALLIOPE.

O Multis celebris finibus & locis,
Doctrina simul & consilij potens,
Ciues præcipuos inter & optimos,
Qui non exiguum iure tenes locum.
Huc ad te venimus vestre nouem Deæ
Indute varia pectore candidæ
Quod iunxit sacra concordia vinculo,
Pacis non studium, nos bona mens iuuat.
Sic quicumq; colunt numina candida
Et nostris studijs pectora molliunt,
Affecti decet, vt sintq; placabiles
Offensas animo reijciant suo.
Idcirco numero conuenimus nouem,
Vt nostræ valeant quas ferimus preces,
Et nato facilis des veniam tuo,
Qui peccata dolet, tristitia graui.

Nostræ

VALERIA. MADER.

Nostras hic sequitur cum studio vias,
Pauper, nec refugit culmina scandere
Ad quæ difficilis semita sit licet,
Quam per deitias non datur ingredi.
GLIO.

EST ingens amor in bonos parentum
Semper filiolos, & obsequentes,
Quales qui genuit pater beatus
Felicissimus estq; prorsus ille,
Sed paucos nimium sciet beare.
Natorum pieras pios parentes
Nam natura manet prioris omnes,
Peccatrix hominis maligna natos,
Hæc contra Domini ium Deumq; peccat,
Charos sæpius hæc mouet parentes.
THALIA.

VT DEVS mundo facis maligno
Parcit ingentes miserando culpas
Si graues desent, homines dolentq;
Pectore lapsus.
Sic iubet nostris etiam remitti
Proximis peccata, domesticisq;
Nempè laudatam cupientibus iam,
Ducere vitam.

EUTERPE.

O Maibus est vita fors hæc communis in ista
Vt peccata patrent.
Filius offendit prauus sæpissime patrem,
Matrem nata piam.
Raraq; Germanos est inter gratia fratres
Tentant sæpè necem.
In cum sit vicium nature regnat, iniqua
Multos ira grauat.

D 3

Erat.

ERATO.

Eros amoris nomen est,
 Vates Deam sic nominant
 Me quod colo concordiam
 Et quod quietem diligo.
 Contentionem noxiam
 Inamq; detestor malam
 Mites amo. ac iniurias
 Quicumq; condonant suas.
 Amore sincero suum
 Amplectitur qui filium
 Pater, misertus suscipit
 Quando precatur gratiam.

POLYMNIA.

Multa quod memini bona
 Dicor inde Polymnia
 Immemor mala negligo,
 Mente condo sed optima,
 Est pium mala peliere,
 Semper ex animo procul.

MELPOMENE.

Et angeli solent Deo laudem dare
 Latiq; concinunt melos cum perditus
 Gemendo poenitentiam de crimine
 Agit, simulq; vult pius iam viuere.

TERPSICHORE.

Me delectat amans chori,
 Et quem Musica commouet optima,
 Is nostrum sequitur gregem
 Flectit cordaq; nostris precibus sua.

VRANIA.

Grata Deo est pietas peccata remittere parua,
 Maiora vero, gratior est omnibus hac pietas.
 Hec breuiter Musis mandauit Apollo disertis
 Scilicet ad Dominum verba ferenda patrem,
 Sed prius a nobis mansueta voce rogatus,
 Nemo nisi implorans sentiet huius opem.
 Cur vero doctus ad te, Pater optime, Musas
 Mitto, nec insignis nobilitate viros.
 Id causam facio nimirum propter honestam
 Consilij ratio nec reprobanda mei est,
 Si quid in his positum est, si verbis gratia, docti
 Si locus est precibus nobilis atq; viri
 Omnibus his dignas quis non putet esse Camoenas
 Omne quibus nostrum statq; caditq; decus,
 Sit locus ergo sacris, reuerentia sitq; Deabus
 Fac pater, vt Musæ quod petiere, ferant.

AD EGREGIUM DOMINVM,
 PETRVM BAROSSIVM, PRAE-
 ceptorem charissimum.

Haec mea Trenczinij portetur littera in urbem
 In patriam redeat littera missa meam,
 BAROSSIOQUE velim tradatur nomine PETRO,
 Qui tenet excelsæ sceptræ verenda Scholæ.
 Vnde leues elegi missam tibi PETRE salutem,
 Præ reliquis constans. quæris. amice. ferant?
 Hanc tibi MADERIVS transmittit VALERIAE
 Qui te non ficto sidus amore colit. (NVS,
 ARX vbi BEZKOVIAE liquidas consurgit ad vndas
 Quas vagus à rubro vertice tortus agit

Qui vagus & nostras humectat flumine ripas
 Saxaq; delapsis fluctibus alta secat.
 Cur moror hic longo miraris tempore? dicam
 Cur celeres solito non fero more pedes.
 Quippe prius quoties quemquam visurus adibam,
 Per tantos tenuit me mora mulla dies.
 Regredior sed nunc ob causam tardior istam,
 Sufficiet P E T R O que puto causa meo.
 Detinet ingenuus pastoris me fauor, isto
 Qui rogat ut maneam, ne properemq; loco,
 Is mihi quotidie conuisa laura ministrat,
 Colloquijs horas transigo sapè leues
 Interdum doceo pueros, & carmina condo,
 Que tempus nobis, suppeditatq; locus.
 Si bene quid de te merui præceptor amande,
 Fac quæso pueros huc mihi mitte duos:
 I O A N N E M & tenui cantante, n. voce I A C O B U M,
 Georgius his etiam si volet esto comes
 Dante D E O mecum nullo remor ante redibunt,
 Et sua præstabunt munia, dante D E O.
 Nam celebraturus sua exarsat, ia B A M P H I,
 Cum pastor e simul iussit a tessè chorum.
 Qui faceret pulchris, lætæ, contentibus, aures,
 Scilicet hunc nostra nil magis arte iuuat.
 Quod superest charum saluere iubeto parentem,
 Tu quoq; cum reliquis, candide P E T R E, vale.

POENA ADULTERII,
 & Periurij.

Ospida quæ rapidis inter populosa pererrat
 N I T R A, suis campos fluxibus atq; rigat.
 Est quoq; B A I M O C I I gaudens cognomine pingui
 Det quia ruricolis fertilitate solium. Namq;

Namq; ferax ceteris tellus, dulcisq; lyæi
 Quodq; ciet risus fert humus illa crocum,
 Hic fuit incæstu fartiuo sæmina corpus
 Prostruens, precium sic malè sana merens.
 Talia furtiuo, nequam, sub corde volutans,
 Nemo tui facti conscius (inquit) erit.
 Ast occulta D E V S qui introspicit omnia vindex
 Huius in apricum protulit ipse scelus.
 Fama etenim celeri velocior alite quouis
 Mox ad vicini proxima tecta subit
 Parua metu primo, maior sed facta subinde
 Protinus accessit iudicis illa domum.
 Cuius vbi patulas primum percelluit aures,
 Ad faciem iussit sistat ut illa suam,
 Sij:it a t in cassum, nam se scelerosa tuetur,
 Non tanti lacrymans, criminis esse ream
 Atq; ait, obtestor superos, ac fulmina posco,
 Ausa sui corpus si maculare meum,
 Fugerat illa quidem terreni iudicis iras
 Sed non iudicium fugerat illa D E I.
 Nam sua quando metunt sudantes farræ coloni
 Tempora gramineis nexibus atq; ligant,
 Conductis mercede cibum messoribus, atq;
 Cum lupulo coctam sorte ferebat aquam.
 Quorum epulis vbi pulsæ fames mensæq; remotæ
 Et potu siccam dum populere sitim.
 Illa suos referens gressus properabat in urbem,
 Felicesq; opus hoc perficiatis ait.
 Interea magno misceri murmuræ cælum
 Incipit, ingenti cumq; fragore furit.
 In terram fundens pluuia cum grandine mixta
 Messores agris quæ populere suis

Quam quoq; tempestas & cæli compulit imber,
 Congestæ cumulum forte subire Zee.
 Mox ibi terribili prostrata est fulmine sanctum
 Misa sui nomen quod temerare Dei
 Illucq; simul penitus cum corpore flamma
 Absunxit magnam triticeamq; strum
 Discite tuam alterius panis disponere vitam
 Periueros summæ iudicis ira manet.

GRATVLATORIVM

IN ADVENTVM SYMPA-
 triotæ sui, Egregij Dñi ADAMIMACZAC,
 iudicis Trenczinienſis.

Ceu miranda foret nimium res flumine tractas
 Trenczinio Zolnam, posse venire, rates,
 Esse videbatur mihi sic mirabilis iste,
 Aduentus Zolnam dulcis Adame, tuus.
 Et nisi te proprio vidissem lumine, certè
 Debebam dubius nulli habuisse fidem
 Ergo quod huc fausto venisti sydere saluus
 Exiguæ, pando gaudia magna, stylo,
 Namq; decet grato, gratari carmine, civi
 Es qualis patriæ, tu quoq; Adame, mee
 Exornans pulchris illam virtutibus urbem,
 Quæ nutrit claros nobilitate viros
 Det DEVS incolumis redeas quo rursus in ædes,
 Atq; parentales, limina cara, domos,
 Sive per vndosum descendes remige vagum,
 Seu curru proprijs vectus abibis equis,
 Oro DEVM precibus puro de pectore fuisis,
 Ut saluis patriam rebus adire queas.

AD EGREGIVM IVVE-
 nem, NICOLAVM MEDNIENSKI, fra-
 trem consobrinum, Parakino Claudio
 polim, in Transsylvaniam pro-
 ficis, entem.

Cum tibi stridenti cupio rescribere penna,
 In dubium varia sic ego mente trahor.
 Nescio metra tibi, vel verba soluta remittam
 Ut faciam. Scriptum. cogit virumq; tuum.
 Namq; Varadina quam scribis Epistola ab vrbe,
 Dulcia mox prima carmina fronte sonat
 Carmina fraternalia quæ contestantur amorem,
 Conspersit quali pectora nostra DEVS
 Altera postremo quoq; littera missa recessu
 Non minus egregio carmine timida fluit.
 Vtraq; non sterilis perfragens mentis odorem,
 Vtraq; iudicij litera plena boni
 Hec tua peruigili quæ pangis carmina cura,
 Scribere cunctanti carmine, calcar erat.
 Ergo nouem quamuis non sint mihi dona sororum
 In numeros ut vix cogere verba sciam
 Cogo tamen, versu tibi respondere laborans,
 Tuq; velut longis versibus addo breues.
 Desine mirari non littera certior vlla
 Factus eras à me quod NICOLAE diu
 Qui prius ad charos, te contestante, sodales
 Dum potui semper Scripta legenda dedi
 Nam tuus in nostro præsens quasi pectore vultus
 Hæret, & oblitum non sinit esse tui
 Plurima qui studijs passus communia mecum,
 Qui condiscipulus, qui mihi frater eras.

Cum nos in lucem gemina genuere sorores
 Pectore sub memori, te mihi crede gero.
 Vnicus crudij: si quidem præcepit vtramq;
 Pectore sub memori, te mihi crede gero:
 Causa moræ sed enim diuturna, vera fatebor
 Nulla quod à nobis littera missa fuit.
 Diuidimur vasis terrarum tractibus ambo,
 Inuita seis posita est inter vtramq; via,
 Nomine terribiles propter famam, Valachos
 Transsylvana cupit raris adire loca.
 Nuper Leucorea quidam remeabat ab vrbe
 Saxo, notus potuit qui tibi ferre meas
 Sed modo, iam promptas animo quis perferet angor
 Vanus erit noster forsitan iste labor.
 Quicquid erit, ceptum tamen ex quar vsq; laborem
 Et responsa prius verba notabo tuis.
 Fama peregrinus est divulgata per oras
 Quæ celebrat docti nomen ab arte viri.
 Cuius vterq; sumus Musarum castra secuti
 Sic tua principio littera missa sonat.
 Vnde refert clarum quod propter nomen, eundem,
 Claudia percipiat sceptra leuare Scholæ.
 Claudia Lascouio gaudens populosa Magistro
 Ingenio cuius maius habere nequit.
 Ampla quidem vestris non fallor ciuibus est res
 Attalicas superant sed bona mentis opes.
 Hæc duo quapropter si congregarentur in vnum
 Lumina, res felix publica nonne foret?
 Ne tamen vlla tuam spes mentem fallat inanis
 De præceptoris sic quoq; rebus habe.
 Ipsius iste scopus, iudicium, iucunda voluptas,
 Aonium propria quo iuuet arte chorum,

Claudio-
 polis.
 Ioannes
 Lascouio
 vir elo-
 quentis-
 mus, iam
 Transsyl-
 uania Vai-
 uodæ ora-
 ter.

Pondera curarum non hic perferre recusat
 Non hunc longinquum carpere te det iter
 Nec calcare niues piget, acriosq; per alpes,
 Plena latrocinij scandere quæq; loca.
 Sed thalami consors, sed dulcia pignora lecti
 Hunc procul à patrijs seditus ire verant
 Adde quod ex lectum par est vt compleat annum,
 Quippe datam credit fallere turpe fidem:
 Deniq; non fito cum compæctatur amore
 A duce Musarum Pieridiumq; choro.
 Quæ sacra per populos hunc nunquam sponte vocarunt,
 Constitunt cupida viuere pace diu.
 Aetherea donec miseratus ab arce creator
 Vt patriæ possit voce præesse, dabit.
 Hinc vti nam dextro Tithonia sydere coniunx,
 Felicem nobis proferat orta diem.
 Hic ego nil dubito quam primùm certior esses
 Quin tua conspicerem vultibus ora meis.
 Si te maioris natu reuerentia fratris
 Si pietas, matris deniq; tangit amor.
 Et præceptoris trahit incluta fama fidelis,
 Huc ades hæc studijs elige lecta tuis,
 Nolle cupis rutili stellas & sydera cæli,
 Huc ades hic habitat cælis fer alter Athlas
 Hebrææ neutæ capiunt obliuia lingue,
 Nostra docet recte Grammata sancta Scholæ
 Argolicam melius si vis cognoscere linguam,
 Huc misit doctos Græcia docta viros.
 Carmina diuini modulans decantat Homeri
 Vnus & Hesiodi concinit alter opus.
 Hic quoq; naturæ fulgent mysteria membra
 Quo finxit Dominus scilicet ista modo.

Quos tibi si dulces pergam pertexere fructus
 Ilias est operis magna futura mei
 Corporis hoc etiam mediocri tempore passus,
 Esse solet, ventris si tibi cura tui
 Nonnunquam caules coctis cum lentibus assunt
 Hauisla solet duram pellere lora sitim
 Si qua dies panem communi farre paratum
 Non habet, en pueri plena canistra ferunt.
 Pingua cum lardo, farcimina nostra culina
 Torrerri nunquam non videt igne micans.
 Indurata mihi nec desunt quandoq; pruna
 Rustica sollicita que dedit ipsa manu.
 Talibus officijs si nunc optatus ades
 Hic animum vellem demeruisse tuum
 Siq; serena mihi vultu fortuna fauebit
 Omnibus in rebus tu mihi frater eris
 Tu modo, delictum nostrum, cordisq; voluptas,
 Irrita ne fiant fac mea vota vide.
 Nostra duos capiet concordia sedere iunctos
 Mensa, locum Burdini si remeabit habet,
 Officium nussi cui muneris ante rependam
 Non sessos cernam quam retulisse pedes
 Hec quoq; carminibus tibi non reticenda putavi
 Scit nec & nummos hic aliquando dari
 Paupertas etenim quam commoda plurima prestat,
 Contentus paucis qui studet esse potest
 Dedita delicijs non est me iudice vita
 Ingna sopho, talem qui fugit ille sapit
 Viscera difficili esurie mea quando premuntur
 Ingenio possum commodiore frui.
 Esuriens ieiuna tamen non fecit Homerus
 Sed ieiuna satur carmina quisq; facit

Sic inopem nec tu debes postponere vitam
 Nec doctam propter, commoda vana, Scholam
 Hec est consilij ratio suadelaq; nostri
 Fraternalis quam me scribere iussit amor.
 Cetera digna tua que cognitione putabo
 Non tam difficili persequar ipse, stylo
 Id superest Scripti, postcit bonus ordo probandi,
 Ut prece claudatur litera nostra pia
 Sic tibi felicem IANVS pater inchoet annum
 Factus qui vitæ est ianua vera precor
 Sic tibi vel venies, vel sede manebis in vna
 Auxilio presens adsit ubiq; DEVS.

Verus Amor Longos Extet Robustus In Annos,
 Mutuus Ardori Deditus Esto Rogo.

GRATIARVM ACTIO,

pro conseruatione à periculo incendij,
 in Schola Zolnensi.

Quis tuum dignis celebrare nomen
 Laudibus, cæli poterit creator?
 Nostra quod tristi pie, liberaisti
 Corpora flamma.
 Flamma, que nostris inimica tectis
 Scerpere, & pubem teneram seuero
 Spem gregis CHRISITIANIARE ouilis
 Cæperat ore.
 Spiritus tetri id truculentus orci
 Per suos fecit dubie haud ministros
 Sacra qui sacri documenta verbi
 Turbat & odit.

EXERCITAT. POET.

Ni tui nobis famulante cœtus
 Robore adiutus. satior, fuisset
 Cœtus hic atro penitus perisset
 Turbine flammæ.
 Ergo supreme, ô merito creator
 Solumus verò tibi corde grates,
 Semper acturi, dum erit hoc in vsq;
 Corpore sanguis.

AD CLARISSIMUM VIRVM, D.

NICOLAVM COLACINVM.

Doste vir & nostris quo non est maior in oris
 Scilicet ingenij nobilitate sui.

Quo nil TRENZINI maius reperitur in vrbe,
 Diuini quamuis clara sit atq; viris
 Te dignum calco nequaquam mittere munus,
 Sed pira filiolo parvula mitto tuo.

Ac rogo pastoris te supplex nomine nostri
 Qui solet Hungarico ritè præesse gregi
 Imò meo etiam (si quæ sunt pondera) verbis
 Vir pie, vir prestans, vir per amande rogo
 Vt qui parua tuæ tradidit munuscula dextræ
 Accipias puerum sub tua sceptrâ rudem,
 Olim doctus erit docto qui pendet ab ore,
 E puero magnus paupere surgit homo.

AD EVNDEM DOMINVM,

NICOLAVM COLACINVM.

Quæ prius obscurum, sine Musis nomen habebant,
 Mœssonie, celebres, litera quære, domos.
 Illic iuuenies hæc cui mea scripta feruntur
 Laude COLACINVM, facta per ampla, grauem

VALERIA. MADER.

Illius ac doctam tanges vbi tradita dextram
 Prospera dic illi nomine multa meo.
 Accipe Pegasæ præceptor munera perne,
 Scilicet auspicio munera paria tuo.
 Te duce quos carpsi puerili tempore flores,
 Hos ego conlanti nunc quoq; mente lego.
 Nec solitam versus abieci scribere pennam
 Nec magis est quod me plus Helicone iuuet
 Nunc verò tua me firmat sententia claves
 Has auida capiam ne rudis ipse manu.
 Nam patriæ gratus si possem tradita vellem
 Dona mihi clemens quæ dedit ipse DEVS
 Sim licet à populo ad munia sacra vocatus
 Sed superat vires functio tanta meas.
 Omnis & officij spes est mihi pror'us adempta
 Quo possem patriam demeruisse meam,
 Qualiter? Hæc lingua præstat cognosse loquenti
 Vox perit at longo tempore Scripta manent,
 Quare de nostris scitabere rebus ab istis,
 Qui repetunt sibi quas proposuere viam
 Interea non segnitiam sectator inertem,
 Non ego desidiâ pigritiamq; sequar.
 Quæ docuisse iuuet pueros, ea scita reuoluam
 Si dabitur pueros quando docere rudes,
 Solaborq; meos, qua possum parte dolores,
 Seruire est patriæ non potuisse dolor.
 Illa dies donec niueis reuoluta quadrigis
 Ad nos, præceptor te per amande vehet.
 Tunc ego quod dudum precio precibusq; cupibam,
 Discipulus fiam. numine dante, tuus,
 Quæq; puer, stupidis, ignarus, sensibus, hausi,
 Omnibus his fiam certior, ore tuo.

Periphra-
sis ciuita-
tis Tren-
en-niculis

Aureus hanc nobis lucem Sol proferat ortus,
 Qua præceptorem, qua videmq; patrem,
 Hic ubi sublimes tolluntur ad æthera turres,
 Matresq; illis nobilitate viri.
 Hic ubi Musarum non est incommoda sedes,
 Quæ cupiunt altis esse cacumibus.
 Hic ubi collectus longinq; cæcis ab oris,
 Hospitio posset commo- tiore frui,
 Hic ubi non serpunt diræ contagia pestis,
 Vsq; adeo sancti est ævis iste locus.
 Hic vti nam placidos contempler lumine vultus
 Oraq; mellitis anteferenda fauis.
 Porro si qua potest per te mihi ianua pandi
 Ad sacra Musarum Pieriamq; domum,
 Quæ so- nuenarum per numina sacra sororum,
 Magnæ vir, ut propria me grauitate, iuues
 Commendesq; meas (mereor si forsitan) opellas
 Deserta tradant quo mihi sceptræ Scholæ
 Sentibus & spinis ne horrescat prorsus acutis,
 Tu donec nobis cultior hospes eas,
 Sic tibi quod superest, eat hic feliciter annus
 Cum consorte thori, filioloq; vale.

AD EGREGIUM DOMINVM,

SIMONEM IESSENSKI, &c.

Valerianus Mader.

Mane nouo gradiens lapidosi in littore vagi
 Talia sollicito pectore questus eram.
 Post ubi iam celeris transirem fluminis vndas
 Qua pons directas ducit ab vrbe vias.
 Scilicet hic virides cernuntur protinus horti
 Materiam menti qui peperere meæ

Hos ego cum proprio conflexi lumine dixi
 In tacito voluens talia verba sinu:
 Nulla adeo totos res est lustranda per hortos
 Quæ placidos fructus non aliquando daret,
 Et salices circum virgultis vndiq; septæ,
 Ecce dabunt palos sub sua septa nouos
 Fructiferis niueus candescit in arboribus flos
 Dulcia qui Domino commoda mille dabit.
 Quid referam rubos? & grati germina odoris
 Quæ dant virgineo florida ferta choro.
 Aemula purpureum referentia lilia florem
 Et viola tepido quæ modo verè nitent
 Ruta virens abigit quæ sauos ictibus angues,
 Et quæ mollita gaudet hysopus humo.
 Et quæ nomen habet Cypridis de nomine Cypris
 Fortè quod hanc teneri mater amoris amat.
 Cuncta dabunt gratos maturo hæc tempore fructum
 Deciduo latum flore tegente solum.
 Solus ego nequeo iuuenilibus integre annis
 Officijs patriam demeruisse meis?
 Quæ quoties animo studijs operante subibat
 Crescebat toties sedulitate labor.
 Sæpè famem, duramq; sitim perferre coactus
 Difficile infracta mente sequebar iter.
 Est & amara meo radix gustata palato,
 Fimo cui dulcis fertur messe sapor,
 Hunc ego non aliter possum contingere finem
 Pieriam studijs quam releuando Scholam
 Nam nec rastra, graues didici nec ferre ligones,
 Astris non rastris cura studere fuit:
 Ingenuus colerem peregrè trahebatur artes,
 (Pauca domi peregrè discere plura licet)

Iamq; redux partos nequeo conferre labores
 In iuuenes patria quos tenet vrbe mora,
 Qui mihi perpetuo Patrone fauore fauchas,
 Ergo velis rebus consuluisse meis.
 Ianua doctorum per te mihi aperta virorum est
 Currenti ad Musas tu mihi calcar eras.
 Non modo me verbis animans ad cepta disertis
 Aera sed ad longas dans mihi larga vias,
 Qui mihi fautor eras puerilibus optimus annis
 Iam mihi, iam iuueni consuluisse velis
 Sic ego consultum rebus tamen expeto nostris
 Consilium hoc alijs ne nocuisse queat.
 Alterius damnis nolo mea commoda ferre,
 Christiadam vetat hoc velle benignus amor
 Si potes atq; datur medio rationis honeste
 Auxilium praestes vir mihi docte tuum.
 Te magni proceres, te totus in vrbe senatus,
 Instar Apollinei numinis ipse colit,
 Scilicet ingenio diuino praeditus illum
 Arte pari sano consilioq; refers,
 Est data magna tuae, facundia, gratia, lingua
 Ut superes dulci Nestora voce senem.
 Iudicio quaecumq; probas sanoq; bonoq;
 Hec eadem ciues non aliena probant.
 Ergo potes reliqua mea, vir doctissime turbae,
 Officia & studium significare bonum.
 Quamuis Teutonicas optarim visere terras
 Atq; rudis doctos quaerere in orbe viros.
 Sed male suada vetat paupertas ista, parentum,
 Nemo potest longas pauper adire vias.
 Hostitibus esse grauem fuluo decet ere crumenam
 Aere nihil gratis destitente, datur.

Ergo

Ergo domi vellem residere docere iuuentam
 Quaeq; scio, tenero tradere voce gregi:
 Hanc quia non possum sine te contingere metam,
 A te consilium, docte Patrone, peto.
 Sic tibi felici procedant tramite cuncta
 Sic virtute tua sit tibi dignus honor
 Sic placeas summisq; viris. & ciuibus ipsis,
 Qui cupiunt vita tempora longa tuae.

AD MICHAELEM LE- PORINVM, AMICVM SINGV-

larem, Cai men consolatorium, proijs,
 quibus patria cendum est.
Reddita Praegeri nobis est littera ab vrbe,
 Scripta fuit manibus qua LEPORINE tuis.
 O lepidus LEPORINE iocis, salibusq; referte,
 Seu calamo incipias scribere. siue loqui.
 Haec mihi te primum coniunxit gratia linguae,
 Quod facili mentes scis recreare ioco.
 Ingenua est certe res difficilisq; iocari
 Gloria perpaucis contingit illa viris,
 Nobilis euersor Troia polymorphus Vlysses
 Talis erat coniunx Iearioti tuus.
 Talis erat culto Pelignus carmine vates,
 Quo didicit salse Roma iocante loqui
 Hos lepidus sequitur LEPORINVS tramite recto,
 Nec minus hic illi quam placere placent.
 Sunt mihi Nasonis gratissima scripta Poetae,
 Delectant simili me tua Scripta modo.
 Ad quae simplicibus numeris tenuiq; Camoena
 Iam responsa tibi mi LEPORINE dabo.

E 3

Quod

- Q**uod tua mox prima proponit Epistola fronte
 Agrediar, captis Musa faueto, meis.
 Instabili fortuna rota qua voluitur, & te
 Enumeras miserum qualiter illa premat.
 Cum procul à patria maneat tellure remotus,
 Nec datur opacis viuere posse locis.
 Cum charis nequeas, ceu vis. Jervire, propinquis
 Officio nec eos demeruisse suo.
 » Pectore nemo fuit tam duro natus in orbe,
 » Patria quem nullo proforsus amore trahat.
 Hunc opifex rerum nobis insauit amorem,
 Splendida cum mundi machina facta foret
 Ergo quod afflicto sentis sub corde dolorem
 Indeque tristitiam moestitiamque; capis,
 Signa pii sunt hæc animi, documentaque; mitis
 Ingenij, affectus quod scit habere bonos.
 Quamuis durus erat bellique peritus Vlysses,
 Ipse tamen patrios optat habere focos.
 » Quam vel diuicte tam pulchra palatia Troie
 » Dulcia vel circes oscula facta Deæ
 Non hunc Syrenes tenuerunt voce canore
 Virgineo doctæ fallere more viros.
 (Tales cum foueat, Syrenes terra Boemum,
 Illecebris harum ne moueare caue)
 Aequoreas tranauit aquas scopulosque; tremendos
 Transit, ut patrios possit adire lares,
 » Vsq; adeo dulcis res est traduere vitam
 » Hic ubi quis vitæ munera prima tulit.
 Quod verò talis te fors affligat iniqua,
 Ut plerumque bonos fors inimica grauat.
 Non equidem solum te talia fata sequuntur
 Non patria solus dulcis amice cares;

- Arpinis natus Cicero, nutritus in vrbe est
 Orbis quæ vasti dicitur esse caput.
 Ense caput miseri præcisum deinde cruentum,
 Exitus heu quantum flebilis iste fuit.
Mantua Virgilium genuit præclara Maronem,
 Incluta partenope quem tumulauit humo.
Sulmonensis erat Maso sacundus alumnus
 Qui Scythico vitam finijt exilio.
Comica quid referam scribentem carmina vatcm,
 Qui purè latio nos decet ore loqui.
Primos vrbe tulit magna Carthaginis ortum,
 Post studijs doctus Roma diserta tuis,
Arcadia corpus posuit regione caduceum
 Tantum post cineres incluta fama manet.
Hic exempla mihi sacris de fontibus hausta
 Et similes casus commemorare libet.
Hortus erat primo præbens habitacula patri
 Qualibet hic patria suauior hortus erat,
 Non opus hic duros fuerat sufferre labores
 Fertilis incultus parturiebat ager,
 Frigora non vllas læserunt corpore partes,
 Candida splendebat Solis ab orbe cutis.
Humidus Autumnus, nec proxima temporabrum,æ,
 Mitia sed semper tempora veris erant.
 Cogitur ire tamen iucundo pulsus ab horto,
 Ignotasque; sequi, res miseranda, vias,
Primus homo. vetita quod carpsit ab arbore fructum,
 Sic patris exilij nos quoque; pœna manet.
Hinc toto certis sine sedibus orbe vagamur,
 Præcipue studijs dedita turba sacris.
Fratribus inuisus. iusto sine crimine. Ioseph
 Exiguo Pharijs venditur ære viris,

Cic. 10.
 Virgilius
 Ouidius.
 Terentius
 Adam.
 Causa no-
 stroru ex
 hotum.
 Ioseph

Et Cananaeorum terram, chariq; reliquit
 Tecta patris, summo sic statuente D E O.
 » Profuit vtilius Ioseph nam fratribus exul,
 » Quam patria pastor si viguisset humo.
 Iacob. Canus in Aegyptum pater hunc cum prole secutus,
 A nato vitæ præmia digna tulit.
 Extremumq; diem peregrinus clausit in oris,
 Iusta patri Ioseph perficiente seni.
 Hæc exempla tibi constanti pectore volue,
 Te quoties patriæ cura molesta trahit.
 » Non patria est tantum primos quæ præbuit ortus,
 » Sed quocumq; datur viuere dulce loco.
 Ipse meæ post te conuertam vela carinæ
 Atq; peregrinus regna aliena petam,
 Et patriæ fines & dulciora tecta relinquam,
 Tecta quibus semper dulce studere fuit.
 Nam mihi communis tecum fors, atq; Prophetæ
 In patria nullus prorsus habetur honos.
 Non sumus his tantum subiecti casibus, ipsi
 Obruit innumeros ista procella viros.
 Et qui præterita celebratae erant fuerunt,
 Et quorum nostro tempore fama viget.
 Quare damna decet communia ferre decenter,
 Nec facile aduersis succubuisse malis.
 Sed tu quæ reputas esse aduersantia, nobis
 Hæc. finem lætum iam peperere, vale.

AD DOMINVM NICOLAVM

MEDNIËNSKI, RECTOREM

Beczkouiensem.

Cras vbi Sol medio librauerit æthere curram,
 Summa poli, scandent dum loca Solis equi,

Ibimus

Ibimus in calidas sumanti sulphure thermas,
 Nobiscum dulcis, te rogo, frater eas,
 ILLAVIAM tecum nil prorsus adire grauabor,
 Tam breue cur tecum nempe grauarer uer &
 Oceani extremos cum quo contingere fines,
 Et vellem liquidas æquoris ire vias.
 Exiguam grandi iuueni committe iuuentam,
 Pastoris venia nec nisi iussus abi.
 Qui tibi Germani patris est ratione colendus,
 Nam pastor simul est & pater ille tuus.
 Est mihi sufficiens, sumptus, communis vtriq;
 Est grauis ære mihi dextera, bursa grauis,
 Tecum dulcisonas, cum fratribus, accipe partes
 Nostræ fiet tibi dedita turba Scholæ.

AD EGREGIVM DOMINVM

IOANNEM STORCIVM, SYMA

patriotam charissimum.

Languida præstanti releuantur corpora vino,
 Vilia vel sanos lædere vina solent.
 Atq; recens mustum quamuis laudetur ubiq;
 Antiquo melius non tamen esse potest.
 Gratia nam maior vini solet esse vetustis,
 Turbida ventriculo pocula pota nocent.
 Ergo mihi cum sit pastor peregrinus & ager,
 Cui foret antiquum grata medela merum,
 Te rogo supplicibus STORCI clarissime verbis,
 Vende vetus nummis quos tibi mitto merum.
 Quæ pietas vt grata D E O, sic grata petenti
 Fiet, & est precium sic habitura suum.

EXERCITAT. POET.
AD STUDIOſOS TRENCZII
nienſes, Diſcipulos ſuos.

VT bonus a ſiduo tractatu frangitur arcus,
Ipius & nullus, qui fuit, uſus erit:
Ingenium ſic ſepe bonum uiciatur, & arctum
Fit, nullum in ſtudijs quod ſcit habere modum.
Cantoris multo rauceſcunt guttura cantu,
Quaq; prius potuit uoce ſonare, nequit.
Quiq; laboriferis manibus uult parere nunquam,
Deſtruet infirmas ille labore manus.
Sic nos cantandi deſeſi uocibus arte,
Siue docendo rudes ſeu celebrando DEVM.
Amplius à ſolito ceſſabimus uſq; labore,
Dum capiant vires organa noſtra nouas.
Intereaq; graues animus fert linquere Muſas,
Atq; ſimul noſtra ſplendida teſta Scholæ.
Ibimus ad noſtris uicinam mœnibus urbem,
Quæ ſtat poſt montem conſtricienda rubrum,
Sobrinum ſtudio uifendi ardoreq; fratrem,
Picriam propria qui regit arte Scholam.
Nec non diuini qui ſpargit dogmata uerbi
Quippe uirum ſancta religione graucum,
Sed reuolue Oeconomus res non eſt fidelis iſta
Neglectam prorſus deſeruiſſe domum,
Sic prius haud dictos faciemus nos quoq; grefſus,
Quam capiat finem res per agenta domi,
Ergo per hos iuuenes numeros per & iſta monemus
Carmina, ſtet faciem quilibet ante meam:
Preſenti præſens & quod cupit ore loquatur,
Propoſitum dicat quilibet atq; ſuum.

Multos,

VALERIA. MADER.

Multos, neſcio quo dicunt diſcedere uelle,
Et patrium multos cernere uelle ſolum,
Sed quia nil iſtis certi de rebus habetur,
Nec mihi quis minimo detulit iſta ſono.
Quid ſtatuit, pro ſe, debet mihi quiſq; referro,
Officij quod ego nomine mando mei.
Hæc mihi conceſſa eſt à præceptore facultas,
Non proprijs auſis hæc ego facta ſequor.
Si quis habet iuſtas, cur hinc diſcedere cauſas,
Atq; Scholæ noſtræ linquere, teſta uelit,
Non hunc inuitum uolumus tenuiſſe Scholarem,
Venatum inuito nil inuauit ire cane.
Non carcer, ludus ſed enim Schola dicitur eſſe,
Quælibet ingenijs eſt Scholæ docta bonis.
Sed qui TRENCZINI cum poſſet diſcere non uult,
Hunc puto nec Præge diſcere poſſe magiſ,
Crimine ſi quiſquam me falſo damnet iniquus,
Ingrati faciunt quod modo diſcipuli,
Deſtor turpes quod pœna uindice mores,
Et quod lurcones non ego ferre queam.
Nil tamen iſta meam lædent conuicia famam,
Quandoquidem recti conſcia corda gero,
Qui bonus eſt, ſtudijsq; ſacris incumbit, honore
Hunc ego quam fratrem non leuiore colo.
Et qui mandatis non contradicit honeſtiſ
Eſt etiam iuuenis dignus amore meo.
Non poſſum dure ceruicis ferre latrones,
Saxea qui infracto pectore corda gerunt,
Qui turpes adeunt obſcura nocte tabernas,
Inq; Schola turbas, armaq; ſæua mouent.
Tale quis indomitum nouit ſe pectus habere,
Diſcedat quo uult, nec rediturus eat.

Horatius

Hortulum est iuuenum quidam Schola culta bonorum,
Pruus in hac nullam debet habere locum.

- ” Vnius impietas corr' ipri deniq; mores,
” Mille queunt iuuenes commaculare bonos,
” Ad mala præcipiti mortales facta feruntur,
” Quæ bona sunt rarus facta probare solet.
Tales inde procul cedant fugiantq; scelesti,
Si casi nolunt hinc abijjs: flagris,
Arbor ut vitilibus quæ non est fructibus aucta
Scinditur, & duro verberè tacta, cadit.
Intereaq; locum melior plantatur in ilium,
Quæ fructum Domino fert onerosa suo.
Non aliter fucos, fruges consumere natos,
Hinc procul à nostris sedibus esse velim.
Qui non discendi studio Musæa sequuntur,
Sed multum, vt comedant, absq; labore cibum.
Qui, si non plenis aliquando fertur in ollis,
Aut albo si non capsula pane tumet,
Mox alias dicunt, fratres abeamus inoras,
Crescit vbi in studijs docta iuuenta magis.
Scilicet hic studium florens his dicitur esse,
Sunt vbi præpingui viscera plena cibo.
Tales si cupiunt abeant ventris studiosi,
Exigua non sint hic, maneatq; mora,
Fors aderunt fucis hinc discedentibus istis,
Doctrina & tanget quos pietatis amor.
Non alijs ihud Musæis præfero doctis,
Sunt magis qui nobis nobiliora docent,
Diuersis diuersa DEVS nam munera donat,
Huic DEVS eloquij flumina larga dedit
Vt quodcumq; velit facili depromere lingua,
Sed cupiat calamo verba notare, queat,

illi consilium prudens est pectore robur
Ast alijs maius corporis esse solet.
Corporis alter habet speciosam (res bona) formam,
At lucem mentis corpore turpis habet.
Viuu at ex omni nullus vir parte beatus,
Natura neuos fert homo quisq; sua.
Et mihi concessi non desunt dona talenti,
Pro quibus est summo gratia habenda DEO
Et me culpa patris primi circumstat Adami,
Et me prima statim fecit origo malum:
Scilicet ante DEVM non est homo crimine purus,
Nullus in hoc insons criminis orbe fuit.
Hoc pietatis at est verorum discipulorum,
Qui optant discipulos post habuisse pares,
Vt præceptorum tolerent errata suorum,
Ceui tolerat patris filius ipse sui.
Quidam præcipitem mox excandescit in iram,
Quam tamen haud longo tempore corde tenet.
Tales discipuli debent auertere flammæ,
Non iræ causam sponte suaapte dare,
Hunc ego confiteor natura, agnoscoq; næuum,
Me turpis quoties efficit ira ferum.
Contritoq; meum detestor pectore lapsum,
Et vehemens quod sim quandoq; corde gemo,
Christus ab iratis velut est mala passus Ebræis,
Sic culpæ poenas pertulit ipse mea.
Hæc, ego dum pecco, semper solatia quero,
Et credo clemens quod mihi Christus crit.
Propositum redeo sed iam pertexere finem,
Sermo sequens ad vos dicitur iste meus:
Ad vos ingenuæ quos enutrière Camæne,
Pectora qui fertis candidiora niue,

Astuta prorsus qui fraude dolosq; caretis,
 Vos istis placida sumite mente sonos.
 Non possum vobis multos promittere nummos,
 Ferula, nec fluxæ prosperitatis opes.
 Non lautas etiam præbendas, his ego namq;
 Destituor, vita est pauper inopsq; mea.
 Quæ vos, hæc quoq; me paupertas opprimit ingens,
 Qui fertur vobis hunc ego sumo cibum
 Omnia sed vestri hæc tolero patienter amore,
 A summo expectans præmia digna DEO.
 At quæcumq; in me Dominus largusq; bonusq;
 Contulit, & larga pro bonitate dedit.
 Inq; Scholis doctus didici quæcumq; moratus,
 Seu COLACINE tua seu SEVERINETUA,
 Illa tibi (multum charissima turba) fideli
 Ceu par est cura, dogmata sancta dabo.
 Sine cupis artes dicendi discere, siue
 Scripturæ sanctos præcipuosq; locos,
 Seu cupis amplexu compendia digna Philippi
 Examen iusto nomine dicta, legi,
 Stellati seu te delectant carmina vatis,
 Quo non est toto doctior orbe liber.
 Crede, mihi pariet tantum res nulla laborem,
 Quem non te propter sustinuisse velim.
 Insuper & Græcæ tradentur grammata lingue
 Hactenus in nostra non repetita Schola,
 Sed præstare iuuat plus quam promittere multa
 Promissis certus quilibet esto meis.
 Ergo quod admonui subito ad me quisq; venite,
 Consiliumq; mihi voce referte suum.

 DEHORTATIO à CELEBRATIONE
 furiarum Bacchi,

MEnis inops sane, dum cuncta per oppida, vulgus
 Hicce furens Bacchi festa diebus agit.
 Libertus dum quisq; suum dissoluit Adamum,
 Legibus excussis, dumq; pudore vocat.
 Nos quorum à puero format Tritonia mores
 Nec decet in sacris conuigilare libris,
 Pythia cantantem, Musis pariterq; vacantem,
 A Bacchi furijis abstinuisse decet.

Multa nefanda quibus patrantur crimina multa,
 Crimina iudicium non fugitura DEI.
 Scilicet hæc nequeunt peragi sine cæde cruenta,
 Legitimi fieri nec sine labe thori.
 Sacra nurus Ciconum peragentes Bacchica, vatem
 Orphea, sanguinea morte dedere neci.
 Et pia legitimi conspurcant fœdera lecti,
 Orgia Romani dum sua perficiunt.
 Sed quid ab antiquis exempla adducere tento?
 Bacchica quæ tulerint festa videbo domi.
 Hicce meis oculis vidi, meminiqu; puellus
 Existens patria hæc gesta fuisse mea,
 Ebrius in media cursabat rusticus vrbe,
 Ambusto frameam cum titione gerens,
 Horridus in vultu, vestemq; indutus, ouiclae
 Quæ fuit è nigra ritè parata cute,
 Dum furit & pueros Bacchans terrere volebat
 Hunc alius minus haud sobrius alloquitur:
 Incuteret pueris quare, sine mente, timorem,
 Et sua cur larua clauderet ora, latro.

Ille refert contra. mea tu quia gaudia rumpis,
 Me qualem dicis, talis es ipse latro.
 Bile tumens ultra que cum tolerare nequiret
 Alter, eum tentat collaphisare manus,
 Sed miser illius præuentus cuspidis ictu
 Concidit, & passus vulnere penè necem.
 Atq; trium spacio est horarum nulla locutus
 Verba sed ex animi corpore mutus erat.
 Quas meruit, iustas soluit pro crimine pœnas
 Autor, & exemplo pluribus ille fuit.
 Talia tu reputans Musis addicta iuuentus
 Officij faciens munia, statò domi.
 Scilicet ingenuus exercens Palladis artes,
 Ocia Bacchorum turpia despiciens.
 Spernit & hæc aliquis si forsitan, tristia cernat
 Tempora in interitum iam quia cuncta ruunt
 Vel terram spectes, vel sydera lucida cœli
 Vndiq; sunt iræ nil nisi signa DEI.
 Luna bis claspò caligine condidit anno
 Lumen, & est visus crine cometa nitens.
 Quis queat ab nimium lætos assumere vultus:
 Thracius in patriæ dum furit hostis agros.
 Tempore quo bellum cum pœnis Roma gerebat,
 Res fuit innumeris publica pressa malis.
 Incola tunc quidam caput ex bipatente fenestra,
 Etulit inuictens florea ferta comis.
 Vidit ut hunc, tristi lætantem fortè senatus
 Tempore, mox duro carcere strinxit cum.
 Collaq; subiecit connexæ ritè cathenæ,
 Discat ut hic patriæ condoluisse vicem.
 At verò maiora modò accelerare pericla
 Cernentes, quam tum martia Roma tulit,

Venturæ memores, cur non pia vota, ruine
 Quam potius Bacchum concelebrando, damus,
 Ergo nihil quanquam lugubri: a tempora curat
 Elebs, furit in medio dum modò stulta foro.
 Nos tamen illius colimus qui tecta Sareptæ
 Artibus & clarijs tempora nostra damus,
 Turpè lupercales ludos celebrare putantes
 Trahemus vigili pensa diurna manu.
 Insuper oremus quo in crimina nostra tonantis
 Offensi fiat mitior ira DEI.

AD EGREGIVM DOMINVM
 NICOLAVM MEDNIENSKI,
 fratrem consobrinum,

I Puer in molli non lædes pulvere plantas,
 Ad Dominum tempus nam remeare tuum est.
 Huc ubi stant altæ fissis in rupibus arces
 Seps ubi cornigeras continet alta feras:
 Syrius ingenium perturbat feruidus atq;
 Hinc rarò nobis Scripta ligata damus,
 Ast intermissum scribendi carmine munus,
 Idq; licet tardè, iam renouare libet
 Ut sterile scit ager sæcundus si benè cultus
 Non fuerit bobus, vel peraratus equis,
 Sentibus & spinis quoq; sic horrescit acutis
 Mens execratio non renouata nouo,
 Cur ego difficiles pueriles scriboq; versus,
 Sollicitus, causam scis quod amator eram,
 Nam mihi non tantum canis Erygonieus æstu
 Me quantum flammis noxius vsit amor.
 Intima qui facibus præcordia nostra coquebas,
 Cognoui flammis diræ Cupido tuas:

Efficiam possit: ne me tua tela laceffant,
 Astutus capiar non ego blandicijs.
 Hæc tibi materies scribendi carnis esto
 Quando voles ad me scribere, scribe, vale.

VALERIANVS MADER,

ad Egregium Dominum, NICOLAVM
 MEDNICENVM, fratrem char-
 rissimum.

DVM me nescio quem reris, NICOLAE Poëtam,
 Nostraq; sublimi carmina laude vehis
 Non equidem miror nam charus amicus amici
 Parua solet magnis facta referre modis,
 Inde tamen non sum te sic laudante superbus,
 Ingenij nosco paruula dona mei.
 Tu quem chare tuo defers mihi, frater honorem
 Carmine, iudicio dignus es ipse meo,
 Scribere scis longos, cultos scis scribere versus,
 Me tua plus (fateor) quam mea Scripta iuuant,
 Namq; ego dum varijs rumpor conamine curis
 Vix possum doctos promere mente sonos.
 Tu nullo captas gratam, turbante, quietem,
 In matris recubans, ocia grata, domo
 Et quamuis chare tangat te cura parentis,
 Cura tamen studijs nil nocet ista tuis,
 Namq; genitrici qui seruit filius almae,
 Huic tribuit vitæ tempora longa DEVS,
 22 Omnia succedunt illi felicia nato,
 23 Qui nescit matrem deseruisse suam.
 Ergo piam, neq; tu, monco, nunc desere matrem,
 Nam sancto pietas hæc quoq; grata DEO est,

At ego subsidium nequo tibi ferre petenti,
 Acumaturus consule nempe viros,
 Cui causas norunt doctæ tractare forenses,
 Consilium possunt hi tibi ferre bonum,
 Litibus his nunquam scis me studuisse nec opto
 Talis ut eueniat vita molesta mihi,
 Est animus teneram semper docuisse iuuentam,
 Quam longos tribuenu mitia fata dies,
 Aut si legitime fuero ad maiora vocatus,
 Et Domini pastor facta stipenda canam,
 Sublimem scandens, alius satis ipse, cathedram,
 Semina quæ paleis, pura, docebo, carent,
 Hos DEVS omnipotens in me rogo firmet vt ausus,
 Ad bona tam, sanctus me iuuat ipse DEVS,
 Cætera de charo quæ scribis carmina fratre,
 Carmina sunt votis hæc quoq; grata meis,
 Affectu quali te diligo, non minus illum,
 Fraternali constans semper amore colam,
 Indeq; sincero scio quantulacumq; fauore,
 Vt sciat hic operam frater amande, dabo.
 Si nequeo nummis illum ditare caducis,
 Munera sed nunquam deperitura seram,
 Hunc ad nos igitur quo tu vis tempore cunq;
 Mitte, tibi semper sit mea certa, fides,
 Et iam quod superest felices transige soles
 Sit bona, quæq; leges carmina nostra, dies.

IN LIBELLVM MEDI-

CVM, MARSILII FICINI.

Poconias stulio qui vult volitare per artes
 Et medicas agris applicuisse manus.

Herbarum varias multarum noscere vires,
 Et cupit humanis, pharmaca ferre malis.
 Docta terat manibus docti monumenta **FICINI**
 Quæ scripsit Latio sedulus ille stylo.
 Est vetus ille quidem, quem nos modo diximus author,
 Eius & est paucis cognita fama viris,
 Attamen antiquis quæ sunt fabricata sub annis
 A scriptis non sunt illa minoræ nouis.
 Nostra etiam multos medicos licet afferat etas
 Seu Latium seu quos Teutonis ora fouet.
 Idcirco non est hic despiciendus ab alto,
 Omnia non vni dat sua dona **DEVS**.
 Qualia vix alij scriptis meminere disertis
 Horum **MARSILIUS** multa **FICINVS** habet
 Ergo cui valetudo placet, longeuamq; vita,
 Hinc discat morbos arte fugare suos.
 » Dignus honore, vir est medicus medicinamq; iusto,
 » Ergo etiam iusto est dignus honore liber.

DE FILII DEI ADMIRANDA
 Natiuitate, in honorem & gloriam ipsius de-
 dicata, in Cassouienſi camera, Domine
 Maieſtatis Conſiliario, **DOMINO**

ANTHONIO THAL.
Annus vt iſte tibi ſit felix auſpice **CHRISTO**
Nobilis eximia vir pietate, precor.
Teq; puer vena deductos paupere verſus
Hos, rogo, præſenti ſumere mente velis.
Orbe quibus nati cœcini cunabula regis,
Noſtra venit cuius munere parta ſalus
Iuſſe velut circum raro de vimine ſeptam
Qdolor, in vilem cogitur ire domum,

Triftia.

Triſtia perpeſſus glacialis frigora brumæ,
Hæc adco puero ſors truculenta fuit.
Aſt tu forte volens puero ſuccurrere **I E S V**
Largiter ipſius membra relicta iuua.

O Puer Emanuel pueri tu dirige pennam,
 Per cunas qui vult laudibus ire tuas.
 Namq; dies agitur: celsi qua Rector olympi
 Exiſtens, caſta virgine natus homo es.
 Quæ, mihi cum linguis ſi plurima guttura dentur,
 Laudabo numeris, num tua facta ſatis?
 Non, ſi **Pſalmo** graphi tribuatur copia lingue,
 Angelico vel ſim præditus eloquio,
 Qui ſine principio, cui non eſt terminus vllus,
 Hunc elegis breuibus prendere poſſe putas?
 Tu prius, immenſi fieter quàm machina mundi,
 Cum Patre, cum ſacro ſtamine Nate manes,
 Aeterni **V E R B V M** tu diceris eſſe parentis,
 Quo capiunt vitam cuncta creata ſuam,
 Indiuſus vt eſt Solis cum corpore fulgor,
 Sic tu naturam cum Genitore geris,
 Immenſam veluti perſundit lumine terram,
 Sol vbi ſtagrantes æquore ducit equos,
 Sic tuus illuſtrat mortalia pectora fulgor,
 Qui tribui nulli te niſi dante poteſt.
 Inſiit ad immundum quæ te deſcendere mundum
 Cauſa, puerq; **D E I** linquere tecta Patris?
 Cœleſtes ſuperant terreſtria climata ſedes?
 Res eſt in terris maior? an axe poli?
 Huc tua te bonitas, huc efficioſa voluntas
 Non tulit vllius commoditatis opus.
 Nam dedit vt caſto te virgo puerpera partu,
 Aſterior quavis ſors tua ſorte fuit:

F 3

Ver

Ver aberat tandem tepidus, non affuit Aestas
 Nec fuit Autumnus, sed glacialis Hyems
 Irus habet brumæ calfactum tempore lectum
 Ast te, Nate DEO frigida tecta tenent,
 Sordidior non hac tota locus vllus in aede,
 Quam quo declinas CHRISIE fuisset, erat:
 Non tibi de molli subternit gramine lectum.
 Mater, at ô sanctum stramine ponit. onus.
 Stramina quæ bruto peccori substrata fuerunt
 Sunt tibi pro molli, sancte puelle thoro.
 Non igitur propria spe commoditatis adactus
 Nascris, illius nos tibi causa sumus.
 Nempe tuo nobis vt munere vita rediret,
 Peccato primus quam violauit homo.
 Nec tamen interea sancti tua turba ministri,
 Hæc tanta in tacita gaudia mente premunt,
 Gloria caelesti ast aiunt, sit honorq; parenti
 Promissum expleuit quod bonitatis opus.
 Terricolis verò fiat, pax alma salutis
 Quicunq; in Nato spem posuere DEI,
 Angelicus magnum si tantis laudibus effert
 Hoc opus, atherca missus ab arce, chorus.
 Nostra quibus verbis, & quo tibi carmine grates
 Musa, DEI soboles inclyta CHRISIE, canet &
 Laus tibi sit Nato, sit honos, & gloria semper,
 Cuius salua manet munere nostra salus.
 Rursus vt amissis potiamur sedibus, olim
 Excussus quibus est labe notatus homo,
 Quin itidem summo, sit honos & gloria Patri,
 Cuius tu nobis es bonitate datus.
 Nec non Spiritui sit honos & gloria sancto,
 Virgine conceptus Filius vide DEI es

At verò summi IESV puer a' me tonantis
 Nomine, nos miseri, poscimus ista tuo:
 Per populos, saeuo grassantem comprime Turcam
 Vulnere, qui vera te pietate colunt.
 Nam licet hoc cui quodcumq; est nos mala multa
 Crimina flagitijs accumulata manent.
 Tu tamen Emanuel facilis vt concipis iras
 Peccato. clemens sic posuisse velis.
 Quando tua coram nos maiestate fatemur
 Immersi turpes criminis esse reos,
 Est etiam nobis venia spes certa futurae,
 Quod puer es natus, fontibus atq; datus.
 Non ideo vt tumidos propria virtute reduces,
 Sed capiunt prompti qui tua dona, venis.
 Haud opus est validis, ægro sed corde Redemptor
 Pœonias miseris suppeditare manus. ,,
 Ipse graui cunctos peccati pondere pressos
 Ad tua, si cupiant, regna, venire vocas,
 Currentes igitur, clemens quos ante vocasti,
 Ne fuge, sed promptas porrigere CHRISIE manus. ,,

AD DOMINVM PATREM

NICOLAVM MADER.

V Sibus humanis sunt omnia condita, solus
 Vt celebret Dominum laude creatus homo est, ,,
 Atq; DEI laudes quò sedulus iret, in illum
 Contulit omnipotens talia dona DEVS:
 Frigora pelluntur calida mordentia veste,
 Quam facere ex varia pellio pelle solet:
 Quidam macerati gaudent de pellibus agni,
 Astuta quidam tegmina vulpis habent:

Hic fert exuvias immanis dentibus vrsi,
 Alter crudiorei terga præhensa lupi.
 Sed te nobilior qua non est corpore Martes,
 Non nisi nobilium splendida turba gerit.
 Nempe velut facie superas animalia molli,
 Sic tibi præcipue dignus habetur honor.
 Unde suis armis nobis gratissima Martes
 Te meruit clarus nobilitate pater.
 His homines sæuos hyemis depellere morsus,
 Et sua pelliculis membra onerare solent.
 Tempore præcipue brumæ, qui sacra frequentant
 Limina, deberent veste decente tegi.
 Sed fortuna pios exercet semper iniqua,
 Successum interea mundus iniquus habet,
 Ergo chare Pater nato succurre paternam
 Qui non ingrato pectore figet opem:
 Solus es, immensi post numina sacra parentis,
 Spes mea, præsidium, gloria cura decus:
 Patria, prosequitur quod tanto clara, fauore,
 Me, tuus est tanti causa fauoris, honos:
 O prædulce patris prudentis nomen honestum,
 Has ego diuitias arbitror esse meas.
 At decus, ornatumq; solet quia vestis honesta
 Conspicuo qui stant addere nempe, loco:
 Fac precor vt pietas tua nostros induat artus,
 Pendeat eque humeris vestis honesta meis:
 Excitet hoc, hominum, vt facias, te fama bonorum,
 Laudibus id factum qui super astra ferent,
 Atq; celebrabunt animum sermone paternum,
 Maxima quod sobolis sit tibi cura tue.
 Sit tibi cura tue sobolis dum munere vite
 Fungeris, hoc cæli qui regit astra cupit.

num, Patrem charissimum,
RARA avis & vario pennas conspersa colore,
 Mittitur à nato, que tibi, chare Pater.
 Est herbas inter, prata atq; virentia, deusas,
 Ad dextrum curua salce secata latus.
 Maternis pullos alis dum protegit, ipsa
 Dum pullos vitam præparat, ista cadit.
 Est amor in pullos brutis quia tantus auiclis,
 Cur sobolem sapiens non redamaret homo,
 Symbolon ergo tibi nature mitto potentis,
 O Pater, vt noſter sic quoq; duret amor.

GRATVLATORIVM.

REVERENDO ATQVE PIO VIRO,
 Domino NICODEMO SARTORIO, Nouifon-
 liensi, nunc Pastori Veterisoliensi dignissimi-
 mo, Valerianus Mader.

Scripserunt alij tibi vota præemptica vates,
 Dum NICODEME tuas ingrederere vias.
 Vota quibus superis nil constat gratius esse,
 E vera modo sint illa profecta fide.
 Non ita mactatis placantur numina Tauris,
 Villa nec est adeo victima grata DEO.
 Sobria vt ad cælos tendens oratio mente,
 Vt pia cum vera carmina iuncta fide.
 Atq; Poetarum laudem mos iste meretur,
 Cui non dissimilem pagina sacra refert.
 Paulus enim quoties mittit sua Scripta beatus
 Pro ipsius vt fiant vota salute, rogat.
 Quicq; voluntatem cælesti detulit arce
 Magna DEI soboles, talia CHRISTVS ait:

Ferte preces alijs sanctas pro fratribus, atq;
 Pro cunctis omni tempore, ferte preces
 Mandati proprium nobis paradigma reliquit,
 Qualia sint supero thura ferenda patri,
 Non igitur tractant vatam rem turba prophanam,
 Nec nugas, hominum ut pars bona sentit, agunt.
 Cum sacra peruigili confingunt carmina cura,
 Et meditata prius non nisi verba sonant,
 Cum meritos digna iuuenes quoq; laude coronant,
 Qui grauibus studijs excoluere caput.
 Nec somno longas studuerunt ducere noctes,
 Ocia nec media turpia luce sequi.
 Sic tua quod meruit virtus NICODEME dederunt
 Carninis authores carmina digna tibi.
 Quorum supplicibus numeris & Carmine victi,
 Te reducem superi restituere boni.
 Ergo quod & saluus, sanctis & honoribus auctus,
 Nil quibus est vasto maius in orbe, redis.
 Atq; meos vultus vultu letante reuifis:
 Gratulor, atq; hilari gaudia mente gero.

” Fama boni iucunda nimis solet esse sodalis,
 ” Cuius mellifluo candor in ore sedet.
 ” Sed qui fucato faciunt animo omnia fratres,
 ” Illorum est tristis commemorasse dolor.
 Nil aliud quando loqueris, nisi dulcia narras
 Verba, queunt mellis que superare fauos.
 Sermonemq; studeas nunquam tractare prophanum,
 Omnis in eloquio est, sed tua cura sacro.
 Auguror, haud fallent nostram præsagia mentem,
 Auguror in ventos verba nec ista loquor.
 Eximios inter numerabere ritè ministros,
 Diuini fies gloria magna chori.

Pasqua ceu mites ad lata feruntur ouicla,
 Ad tua concursus dogmata tantus erit.
 Quando arcana sacri pandes oracula verbi
 Suggesto doctum cum caput eque seres,
 Non insucta rudi propones scita cohorti,
 Hærescosq; mala nullius auctor eris.
 Si que forsitan erunt, ut erunt terrentia, dura
 (In CHRISTO cunctis experienda pijs)
 Spiritus infra to donet te robore sanctus,
 Ut constans quoduis perpetiari iugum.
 Indiuia manet crux fidos fida ministros,
 Quod multi tolerant tu quoq; discere patli.
 Victoris populi non falso nomine gaudes,
 Sis patiens populi sic quoq; victor eris.
 Non tu (ceum multos nostri fert temporis etas)
 Sacra ministerij iura tuenda subis,
 Ut cumules summos, amplis cum rebus, honores
 Ut paupertatem suffugasq; grauem.
 Id faciunt homines vere pietatis egentes,
 Inficitia & quorum pectora vexat iners,
 Non, inquam, tali tu munia sine subisti
 Ista, tuo haud cessit sanctus ab ore pudor.
 Noui legitima quam sis ratione vocatus,
 Ac velut extrusus tam graue, sumis onus.
 Nam non voce rudis seductus simplice vulgi es,
 Est tua iudicio causa probata bono.
 Dignus es à doctis doceas ut & ipse repertus
 Et pura claris religionem viris
 Omnes quotquot habet iunctos Ecclesia fratres,
 Splendida qua BITAZAE testata videnda patent.
 Continuos ubi tres heroum chara per annos
 Pignora formasti, non sine laude, virum.

Omnes vnanimi testati mente fuerunt,
 Quod tibi sit tantus iure ferendus honos.
 Nam Paulus dotes quas in pastore requirit,
 Ingenio radiant lucida vt astra tuo.
 „ Sobrius inuigilans, doctus, pariterq; modestus;
 „ Doctrinaq; tenax verbera dira cauens,
 Turpis auaritia, detestans pastore crimen,
 Integer amorum iudicioq; grauis.
 Inq; pio maneant constans sermone, boniq;
 Perpetuo retinens conscia corda viri.
 Id superest dulci vt lateris coniuge tantum,
 Pastorem quam vult Paulus habere bonum.
 Pace tua sed enim fas sit tibi dicere, debes
 Et tu coniugij fœdus inire sacri.
 Has propter dotes animi, laudandaq; dona
 Ille ministrorum te sacer ordo colit,
 Singula quid memorem doctorum nomina? quorum
 Prosequitur summus te NICODEME fauor,
 Añxia filiolum veluti discere mater,
 Dum videt in longas, difficilesq; vias.
 Absentis semper luctatur imagine nati,
 Sine dies noctis seu venit vmbra nigra,
 Plurima sollicita dum cernit mente pericla,
 Quorum sæpè miser multa viator habet.
 Fatalem metuens obeat ne quandoq; mortem,
 Hospes & ignota ne tumuletur humo.
 Interea; bona sse se sustinet, & illum
 Qualibet expectat posse venire die.
 Sic ingens tangit COLACINVM cura riarum
 Quis status & vita sit NICODEMETUE,
 Te comitabatur iuuenum stipante caterua,
 Declarans animum signa per ista suum:

Lucida tunc puras tollens ad sydera palmam
 Te, affatus superos sic, abeunte, fuit.
 Angelici præsens tibi sit custodia cœtus,
 Illic saluus eas, saluus & inde redi
 Quos igitur plausus & gaudia quanta parenti?
 Præceptor similis, te redeunte dabit,
 Qui decus hæc summum & nomen sibi laude parauit,
 Discipulos quod amet ceu Pater ipse bonos.
 Nec pater affectu durus sua pignora tanto
 Diligit, & natam non ita mater amat.
 Quanto prosequeris, præceptor amande, fauore,
 Qui præbent aures iussibus vsq; tuis.
 Hi sunt maiori vigilantes parte ministri,
 Quiq; iuuentuti voce præesse student.
 Que BERGERE tua celebrabis gaudia mente?
 Que noua leticie munera P E I R E dabis,
 Cum tua quem letho seruabant tecta propinquum,
 Conspicit faciem saluus is ante tuam?
 Dulcia facturus proprio es conuiuia more,
 Optatus fesso portus & hospes eris,
 Quid quoq; C V B I N I V S proauorum sanguine clarus
 Ingenio clarus, carmine clarus aget.
 Qui tibi fraternum testatus corde fauorem est,
 Duriter aduersa sorte vbi præssus eras
 Istud amicitia sanctum & venerabile fœdus
 Iudicium veræ nobilitatis habet.
 Quid dicam reliquos reuerendos ordine patres?
 Auspicio hæc quorum munia tanta subis,
 Nomina qui partim nobis incognita gestant,
 Versibus his partim non bene iuncta sonant,
 Hi te iucundis mulcebunt vocibus omnes,
 Cum tua conspicient vultibus ora suis.

Propria
 descriptio
 boni viri,
 nam vere
 est hospitalis.

Christo-
 pher' Cu-
 binus iu-
 nis, fami-
 liaris & a
 consilijs
 Magnifici
 Domini
 Emerici
 Forga z.
 de Gimes,
 equitis au-
 rati, &c.

*Vtere concessis felici sydere donis.
Et reliquum à nobis perfice sospes iter.
Vtere (spes superest) spartam quam nactus es orna,
Tu tua fac, præsens cætera CHRISTVS aget.*

GRATVLATORIVM.

AD GENEROSVM AC EGREGI-
um Dominum IOANNEM ZALVZKI, de Za-
luz, Secretarium Reuerendissimi Domini SER-
PHANI RADECII, Locumtenentis sacræ
Cæsaræ Regiæq; Maiestatis, in
Hungaria.

Iamne tot optatus vetis venisse IOANNES
Fertur, in hac aliquam qui trahat vrbe moram.
His ego quem toties oculis spectare volebam,
Ipsius hic quoties mentio facta fuit.
Nam nostros celebri compleuit nomine fines,
Omnis ut hunc populi cœtus in ore serat,
Talibus instillans hominum rumoribus aures,
(Eius ut aduentus cognita fama fuit)
Cui secreta solet magnus committere præsul,
Consilia, & sentit quo releuatus opem.
ZALVZKI patriæ ascendere fertur in oras,
ZALVZKI propria nobilitate potens:
Huic non causa fuit tantum repetisse penates
Aduentus quamuis hæc quoq; causa fuit,
Vicinam sed enim quo curet TRENZINIO arcem
Scilicet Oeconomo quæ caret orba suo,
Hic quoq; dum nostras rumor peruenit ad aures
Nuncia mirè animo grata fuisse meo.
Nam quis non tanto complaudat amicus amico,
Quo maior non est sanguinitate mihi,

Scilicet

Scilicet eximio superasti solus honore
In nostra quoiquot sanguinitate manent.
Attamen obscuros non est fas temere amicos,
Ipsorum ex alto donaq; despiciere.
Diuitijs qui sunt amplis opibusq; beati,
Hi tibi ceu par est splendi da dona ferant
Non ego cum manus, dignum te, manus habebam,
Entibi diuitias, carmina mitto meas.
Carmina quæ grata testantur gaudia mentis
Multaq; sincero pectore fausta fauent.
Qui non multa potest alijs præstare, precetur
Præstat vt omnipotens, qui regit astra, DEVS.

AD EGREGIVM DOMINVM,
IOANNEM HALACHI, DE BOBROW-
nic, Præfectum bonorum arcis Baczko,
Patronum suum.

Viuisco Dominus qui prouidet omnia nutu,
Et Dapibus pascit cuncta creata suis.
Præ reliquis cura genus hoc mortale paterna,
Prospicit atq; pijs more parentis alii.
Ipsius in primis sed qui reuerenter adorant,
Numen, habent certas ad bona multa manus.
Siue nouem studijs sectantur castra sororum,
Officium quauis seu ratione gerunt,
Ac sacra Pieridum studio qui castra sequuntur,
Per varios Dominus prouehit ipse modos.
Scilicet his tribuens largosq; bonosq; Patronos,
Ad bona qui miseros & pia cæpta iuuent.
Magnificos alijs opibus nummisq; parentes
Dans soboli vt possint consuluisse sue
His nisi contingat mediantibus ire per artes
Omnis inutilis est & sine fruge labor.

Non

Non opus exemplis hac in re pluribus vti
 Docte vir exemplo tu mihi solus eris.
 Cui sacra virtutis tendenti ad culmina, diues
 Auxilium genitor detulit ipse suum.
 Ast ego cum patre sim de paupere natus & egro
 Quem species morbi dira podagra premit.
 (Tollere quam possunt medicorum pharmaca nulla,
 Vsq; adeo est morbus quem premit iste miser)
 Ingenuas nequeo sine Mecenate per artes
 Ire nec Aonidum plus Helicone frui
 Est grauis ad doctas, angustaq; semita Musas
 Pauperie preffo nec gradienda viro
 Ergo tuam supplex pietatem, docte IOANNES
 Ingenij prestant nobilitate, rogo.
 Viginti facili mihi mente numismata soluas
 Quippe meo debes que numerare patri
 Dittior vnde meis factus conatibus assit
 Atq; rudem doctos mittat adire viros
 Quinq; bis illustris commisit BAMPHIVS heros
 Reddere, preffectus cuius es ipse potens
 Ast alios reliquis de rebus soluere denos,
 Conuenit ah GEORGI CHOIESOVINE, tuis
 Sic tibi successu faueat fortuna secundo,
 Nobilis egregia vir pietate vale.

AD GEORGIVM BVLGAR,

VALERIANVS MADER.

SI qua parte tui capitis releuare dolorem,
 Et possem morbo consuluisse tuo.
 O mihi preecipuos inter numerate sodales,
 Hunc proprio pro te corpore ferre velim.
 Tristitia perturbant adeo mihi nuncia mentem
 Nuncia que nobis littera a missa tulit.

TM

Tu vero non es solus qui talia perfers,
 Et nostram morbus concutit iste Scholam.
 Tres velut exangui decumbunt corpore ephebi,
 Inuasit quorum proh dolor iste caput.
 Nec capitis tantum dolor hic, sed corpore toto
 Incensi nimio ceu focus igne cremant.
 Hos desiderium, nec tangit cura ciborum
 Si: miseri tristi corpora peste necant,
 Scilicet ingentis facit hoc vis illa caloris,
 Lædere qui stomachum cunctaq; membra potest.
 In stomacho capitis causam tu que re doloris,
 Et stomachi primum sit tibi cura tui.
 Si durus, molles escas tu sumere debes
 Dulcia cum prunis iuscula cocta bibe,
 Sic male quod calidus stomachus digestsit, abibit,
 Et veniet Domino pristina dante salus.

AD PASTOREM BI-

ROVICENSEM.

INter coniuuas, ANDREA chare futuros,
 Nunc nequeo presens hospes adesse, tuos
 Tradita cura mihi est a preceptore iuuenta
 Et vespertini tradita cura chori:
 Ergo intellectos psallam de pectore Psalmos.
 Pectore vult, tantum non DEVS orci (coli)
 Et quia finitos sequitur mox vespera Psalmos
 Sol & in æquoreas lumina condit aquas.
 Obscura non est tutum de nocte vagari,
 Et nox quod noceat scis bene nomen habet.
 Si nequeo clara coniuua dic tuus esse,
 Non etiam sera nocte molestus ero.

..

..

G

Tempore.

Tempore quo tu me non inuitabis amice
 Cum potero, vestrae tecta videbo domus.
 Scilicet ignauum veniam non pascere ventrem,
 Mentis non ventris tu mihi ferula dabis.
 Talis erit tibi nunc conuiuia BAROSSIVS, illum
 Philosophi debet more cibare virum.
 Et qui verba DEI nostris dat ciuibus illum,
 Dignus ut est digno tu quoq; honore cole.
 Cum tantis poteris sat letus viuere amicis,
 Viue diu, letus sis, bene iamq; vale.

AD EGREGIVM DOMINVM
 NICOLAVM MEDNIENSKI.
 de vocatione prepositi, respon-
 sio Valeriani Mader.

PRæ reliquis positi CASPARIS verba relegi
 Exornata tuo, mi NICOLAE stylo.
 Verba quibus sacros desert mihi gratus honores
 Adq; DEI veram pandit quicq; viam.
 Ipsius officij quo sim collega recentis,
 Ut doceam populos qui docui pueros.
 Hæc est grata mihi nimiumq; voluntas,
 Gratus in hac tuus est & mihi parte labor.
 Nostra quod amborum coniungis carmine corda,
 Cum mihi Patroni verba benigna refers,
 Arcanos animi sensus & tute recludis,
 Ipsi, nempe meo quos ego gesto sinu,
 iam verò que sit nostra sententia mentis,
 Hæc illi nostro nomine verba refer.
 Seria sublimi de re cum Scripta relegi
 Talis eram vultu, corpore talis eram.

Est facies rubro mihi mox suffusa colore,
 Elixus qualem cancer habere solet.
 Aut veluti flammis flagentem proximus ignem
 Ajtarem, gelidas calfaceremq; genas,
 Cor imperato per calsum munere namq;
 Sic terrore graui contremuitq; metu,
 Feruidus extrema ut sanguis per fusus in ora,
 Cor exanguie mihi membraq; desereret.
 Hinc vaiido pulsu pauidum mihi contremuit cor,
 Vera tibi frater non ego ficta loquor.
 Namq; inopina magis lædunt præcordia tela,
 Quam quæ luminibus conspicienda cadunt.
 Tantarum rerum securus nil quia rebar,
 Me præsens vitæ linquere posse genus.
 Talia quin etiam tacito sum corde locutus,
 (Quod sentit mea mens id quoq; penna notat)
 An rudis accedes doctrine ad limina magna?
 Disce prius, sacros sume deinde gradus,
 Candida nam nec adhuc tua scripta PHILIPPE re-
 que pastor debet quisq; tenere pius (legi,
 Is pius est pastor doctus pariterq; vocandus,
 Qui relegendis discit scripta PHILIPPE tua.
 Maximus hæc magni fertur fecisse LVTHERVVS,
 Et sic Eulogio concelebrasse suo:
 Diceret ut nullum, post BIBLIA sacra laborem,
 Tantum communes exuperare locos.
 Utq; omnes massam patres agerentur in vnam
 Tale tamen fieri posse negabat opus.
 Imò suis Scriptis tua, docte PHILIPPE LVTHERVVS,
 Prætulit & multo iussit honore coli.
 Vsq; adeò ut vellet sua mortua, dum modò longæ
 Communes posset vitæ manere locos,

Ergo prius versanda manu sunt scripta PHILIPPI
 Aut qua cunq; illis consona rite docent.
 Ordinibus quam suiciat de more verendis,
 Ad magniq; procul nominis ibo viros.
 Ne rudis hos (vt sum) subito si forsan adirem,
 Nec studio sacro tempora certa darem.
 Contemptus nostro vestroq; pudore reuersus
 Inscitiae penus, committuasq; darem.
 Fama est, non rudibus sacra committuntur a'cellis
 Dogmata sed possunt qui docuisse viris.
 Quiq; salutarem cognorant religionem,
 Et certi fidei sunt at in articulis.
 Hoc me difficilis modo cur sim commouet, hoc mo
 Ad sacra ne properem suscipienda monet.
 Perplexo, videar sed ne sermone locutus
 Perplexo demon ceu solet ore loqui.
 Hoc siquidem non est mihi tempore tanta facultas
 Doctrinae pleni sed neq; iudicij,
 Ac docti iuuenis & idonea turba virorum
 Munus vt hoc tradat quod mihi tradit agunt,
 Transferat hunc a me, quo non sum dignus, honorem
 Qui me ceu natum diligit, oro patrem.
 Dum mage caelesti potabo fonte liquores,
 Ora Palaestinis atq; rigabo vadis,
 Intereaq; sacri qui sit collega laboris,
 Eligat arbitrio quem volet ipse suo.
 Seu qui magnifico natam de sanguine prolem
 Artibus cruditi magne BALASSA tuam,
 Artibus, ingenio iuuenis, pie, atq; praestans,
 Et suauis linguae praeditus eloquio.
 Huiusmodi seu qui cantandi dirigit artem
 Et claus simul & Musica sceptrum tenens.

Ioannes
 Gurdou-
 cius Peda-
 gogus ma-
 gnifici D.
 Andree
 Balassa fi-
 liorum

Et pietate grauis, pius & grauitate IOANNE
 Lanigeram superans pectore mitis ouem,
 Ambo praestantes virtutibus, artibus ambo
 Ingenuis culti, moribus ambo bonis,
 Exuperant gradibus, qui me, me iudice tantis,
 Arx imas veluti TRENZINIANA domos.
 In studijs postquam melius profecero sacris
 Iudicioq; graui cum magis auctus ero.
 Missus ad examen, quo possem letus abire
 Iustiq; qua sitis verba referre datis.
 Certa fides illi mea sit, tunc, certa voluntas
 Quod mihi vox magni ponderis eius erit :
 Quam quo nunc grata, ceu debco mente capesso,
 Conuigil hoc maior non mihi nullus honos.
 Ergo ne collatum non grato pectore honorem
 Acciperem, superi vos prohibete Dij.
 Si possem vellem, nunc id praestare sententiam
 Est nostris maius viribus istud onus.
 Quare si qui tibi referendi copia fiet,
 Haec illi referes, nomine verba meo.
 Post Scripta.

Sic statuit de me siquidem diuina voluntas,
 Vt fiam verbi, preceq; duxq; sacri
 Hunc (licet infirmus) non ferre recusato laborem,
 Id volo quod summus vultq; iubetq; DEVS.
 Ergo, velut par est, & iustus id ordo requirit
 Praepositus scriptis me vocet ipse suis.

AD GEORGIVM BVLGAR,
 VALERIANVS MADER.

Desine mirari frater dilecte GEORGI,
 Quod responsa tuis non ego verba dedi,

In parua magnam charta mihi quando salutem,
 Misisti, sancte pignus amicitiae.
 Tunc etenim retulit iuuenis ne forte, premebar
 Innumerabilibus sollicitudinibus.
 Tristia tunc duris nostro certamina verbis
 Cum pastore nimis namq; suere mihi.
 Quae neq; commemorare libet. neq; digna relatus
 Autumno quin prohibet facta ab utroq; fides,
 Sumserunt laeum certamina turpia finem,
 Causaq; iam prorsus nostra sepulta iacet.
 Adde quod immodico me torisit Syrius aestus,
 Qui facit & mentem corpore languiduiam,
 Est tua namq; scio simul experientia testis,
 Aegra quod & menti corpora saepe nocent,
 Si domus inficitur mala per contagia quaequam:
 Hospes ab infecta laeditur ipse domo:
 Aedibus est hospes, nostro ceu corpore mens est,
 Mente gubernantur carnea membra duce,
 Sed me non tantum canis Erygonieus aestu,
 In studijs quantum noxius vsit amor.
 Namq; fatebor enim fido mea fata sodali,
 Quod sua me saeuus sub iuga traxit amor.
 Seuus amor nostrum transfixit arundine pectus,
 In lucem mater quem Cytherea tulit.
 Iupiter has sensit dominante Cupidine flammis,
 Vulnus id expertus Mars truculentus erat,
 Non igitur mirum si flammis vrimur & nos,
 Quas tanti quondam sustinuerunt Dij
 Omnibus est illud rebus commune creatis,
 Coniugij sanctum quo venerentur opus.
 Cuius eram tanto succensus amore puella
 Huic alium iunxit pronuba Iuno virum.

Nunc In
 peste hoc
 experi-
 mur

Nam &
 hic amic'
 optimus
 in peste
 expirauit
 Bannouij
 1585.

Diuitijs

Diuitijs multo qui fortunatior est me,
 (Nobilitas magna sunt modo diuitiae)
 A nostro sed enim tam longe distat honore
 A summo quantum terra remota polo est.
 Ipsius hic mater liquidis est mersa sub undis,
 Carnificis forti praecipitata manu.
 Lurida quod proprio miscens aconyta marito,
 Mergere lethaeis hunc cupiebat aquis.
 Sed tanto iustus soluit pro crimine poenas,
 Aeternum natus dedecus atq; tulit.
 Conqueror infamis quod me superauerit hostis
 Deploro casum cumq; dolore meum.
 Hinc nostro nullus superest in carmine cultus,
 Hinc macies BVLGAR carminis ista mei.
 Si mihi, quod spero, praesens erit augur Apollo
 Inq; dabit vires carmina nostra nouas,
 Exiguam quamuis tamen experire Poetam,
 Quando tuae matris facta nefanda canam.
 O soles prae matris peruersae Menalca,
 Luminibus nunquam conspiciende meis.
 Tu siquidem arte vales de nostro scribito casu
 Exprime & affectus ceu potes oro meos.
 Si quid Mossouia rerum scis vrbe nouarum
 Carminibus siam certior ipse tuis.

AD GEORGIVM BVLGAR,
 VALERIANVS MADER.

Bannouiae Rector legat haec mea Scripta iuuenta,
 Qui proprium nomen rura colentis habet.
 Salue Bannouiae decus o Bulgaria proles,
 Quo patriae celebris fama rigente, viget.

Ignea ceu rapido ferrur scintilla volatu,
 Quam pellit tumido folle premente faber,
Nec mora splendentem volitans amittere lucem,
 Cogitur, in cinerem versa repente leuam.
Nostra Cupidinea sic corda accensa furore,
 Flagrabant nimio: mons velut Aethias, rogo.
Vt subito ex arsi sacro succensus amore,
 Sic citò conceptus pectore fugit amor.
Qui tepido gelidas de corde recessit in auras
 Nec magis excruciat corq; caputq; meum.
Quis faber hos in me queris conuouerit ignes,
 Scilicet is mundi qui fabricauit opus,
Non Cytheraea tui didici præcepta Magistri
 Qui teneri doctus scriptor amoris erat.
Virginei socius nec quoquam tempore cætus,
 Tu mihi testis eris **BVLGAR** amande fui.
Propertius **A**st in amore valet ratio nil, nilq; voluntas,
 Nature sequimur semina quisq; sue.
Decoquit appositas natura mulciber vndas
 Nec tamen illa faciat qua ratione tenet,
Omnes nature sic nos parere necesse est,
 Qui primo nati de Genitore sumus.
Ne verò doleam quod me solaris amice,
 Maxima pars anime sit quod admitta mee.
Officium veri præstas fidiq; sodalis
 Nam tua me multum carmina blanda iuuant.
Que quoties relego, cogor ridere, meaq;
 Tristicæ carmen, pharmon, illud erit.
Talia quin etiam mihi tu medicamina plura
 Nec cessa queso, mittere, mitte vale.

VALERIA. MADER:
AD GEORGIVM BVLGAR,
VALERIANVS MADER.

Iam mihi respondes versu, cera, atq; papyro,
 Ante quibus semper parcius vsus eras.
Scilicet, ob scriptam, quam non ego respuo, causam
 Scribere quod sapiens pauca soletq; loqui.
Docta queunt curta complecti verba papyro
 Et breuiter qui scit scribere multa potest.
Fallor? Philosophi Zolne qui nomen habebas
 Anne fuit ratio nominis ista tui?
Quod perpauca loqui, cunctis sed grata solebas,
 Philosophos etenim res deceet ista viros:
 Ante habuit specimen tantum virtutis amate,
 Nunc habitum **BVLGAR** sed sapientis habet.
Est aliquid tenero didicisse tacere sub æuo,
 Est aliquid breuibus dicere multa sonis.
Ergo redargutus breuitatis chare **GEORGI,**
 Fecisse id iudicio me, mihi crede bono:
Ipsè ego si stimulis non extimularer amicis,
 Ipsis pauca nimis verba legenda darem.
Sic quoque ne longa, tua Musa quiete periret,
 (Ingenium vitæ nobile, longa quies.)
Exhortandus eras, verbis sed amice benignis,
 Sæpius ut nobis verba legenda dares.
Non cupio multam perdas scribendo papyrum,
 Que tibi difficili venditur et scio.
Sed mihi dic queso? narrantam preciosa papyrus?
 Non obulo ut quiuis ternio detur? ibi
Hanc mercatores vestri mercede reuendunt
 Non, puto, maiori, quam mihi emenda venit.

Tu magis es nummis ego quam ditatus auaris
 Præmia quod proprij digna laboris habes.
 Maior enim toto pars non est, ast mea pars est,
 Est igitur maior, pars tua parte mea.
 Unde mihi nimium iam prodigus esse videris
 Quod fortuna tibi blanda fauore fauet:
 Plurima tam lata clausisti carnina cera,
 Publica ceu quando res sua Scripta facit.
 Tunc ego cum caperem manus tua Scripta: putabam
 Littera quod nobis ere repleta venit.
 Et pater ipse meus, tibi quæ bona cuncta precatur.
 Hanc relegens dixit talia verba mihi:
 Sic obsignauit lato sua Scripta sigillo,
 Ut putet hæc magni, qui videt, esse ducis.
 Ista tibi volui subito responsa referre
 Gratia nam Scripto quod mora tardat abest,
 Cætera presenti coram sermone loquemur,
 Cum veniens nostræ cernere tecta Scholæ
 Cum venies sacra coniugij celebrare fororis,
 Exemplo ornauit quæ DEVS ipse suo.
 Non, execrandas sed enim ducendo choreas,
 Ut malè qui discunt, BIBLIA sacra, docent
 Tunc te, si venies, hilari charissime vultu,
 Conspiciam, mentis signaq; grata dabo.
 Pocula si pleno non gutture multa bibemus
 Si non oppiparis te recreabo cibus.
 Sed iucunda pijs de rebus verba loquemur,
 Miscentes leuib; seria quæq; iocis
 Harmonicis etiam te delectabo figuris
 Quæ sunt lætitiæ maxima causa meæ.
 Sic alternatim cantando multa, bibemus
 Pauca, sed è longis fortia multa locis.

Quod

Quod superest longos, tibi det DEVS optimus annos
 Ut patriæ referas commoda grata tuæ.

IOCVS, AD DOMINVM

GEORGIVM CONRADI.

Mequia festiuo cunctantem Mart: lacestis,
 Carmine proq; tuo Carmen habere cupis,
 Quamuis vatidici desit mihi vena liquoris,
 Qui fuit & quondam deperit ille vigor,
 Ne tamen assuetos desuescam fingere versus
 Questio responsum te, iocosa ferat:
 Vnica demta viro cum sit tantummodo costa
 Vnde creata fuit pulchra virago viro,
 Mirum cur plures possimus amare puellas?
 Aut vitus, quas tu nubere PAULE iubes,
 Vna sat est tantum naturæ COSTVLA lege,
 Cuilibet, ast quosdam scimus habere duas,
 Has inter donec Comædia finiet actum,
 Est opus ingenio iudicioq; graui
 Virginibus mens est stolidis innata superba,
 Quelibet vt Paridem poscat habere virum,
 Si qua gerit cultos operoso vertice crimes
 Si qua patris clari nobilitate viget,
 Si rubicunda genas, si sit colorata papillas,
 Aut picturato si pede calcet humum.
 Facundus tali non persuadebit Vlysses,
 Quod potuit Circe quoduè Calysto tibi,
 Primum diuitias virgo perquirat inanes,
 Aeris habet multum diuitis, eius erit
 Pendeat ex humeris vestis preciosa deinde,
 Trita decus nullum quippe lacerna dabit,

Ingenio

Ingenio iuuenes iam nil confidite docto
 Non cernit doctum virgo superba virum,
 Scribimus experti hæc experto crede MADERO,
 Quem minime docuit lectio Naso tua.
 Sordidus est nobis cerdo quia ditior, ergo
 Cerdoni debes nubere, diues eris.
 Fabrorum genus est fuluo locupletius auro,
 Si poteris fabro nubere, diues eris,
 Pingua quotidie lanij dat sercula mensa
 tui poteris lanio nubere, pinguis eris
 Diuitijs fulgent præstantes arte Chirurgi,
 Culta quibus vestis, culta nitetq; cutis,
 Felix cui talem contingit habere maritum
 Corpora poëonia qui leuat ægra manu,
 Nos verò sexus miseris sic despicit amens,
 Virgineus, tanquam non habeamus opes ?
 Pro crepidis dulces dabimus fortasse libellos ?
 An penna maior malleus vilius erit ?
 Et nos macltamus pingues holocausta per aras
 Aeterno qui nos pascit alitq; DEO.
 Et nos insanas sanamus corpore mentes,
 Omnipotens maius qua dedit arte nihil.
 I nunc et studium virgo contemnit nostrum,
 Et tibi moechanicum quere superba virum.
 Frigidus Autumnus, moneat te, dicis at illum
 Atq; sequens cano vertice tristis Hyems,
 Et naturæ recrees quo membra calore,
 Igneus uxorem, ducere cogat amor.
 Indidit hos ignes casti DEVS author amoris ?
 Omnibus, atq; hominum nascitur inde genus.
 Coniugij vitam quare sectabor honestam.
 Quam primum grata commoditate fruatur.

Nam quia curarum distentus mole premebar
 Hactenus officij quas graue pondus habet,
 Persensi nullum Cytherei vulnus amoris
 Quod nisi que placeat tollere virgo potest.
 Cætera præsentî coram sermone loquemur
 Cum veniam chari cernere tecta patris.
 Vosq; (ad rō multum charissima turba) sodales
 Sæpe sonat quorum nomen in ore meo.

N V T H E T I C O R V M,

Phocillidis Carminum, aliquot veteris,
 a cta Parakini, & publicè
 recitata.

Musa Phocillidis hæc Graio dictauerat ore
 Quæ nunc Romanis carmina pando metris.
 Hinc breuiter Sophiæ moralis dogmata disces
 Hinc poterit vitam quisq; docere suam.
 Ne Cypriæ cupidis tua pollue corpora furtis,
 Turpe Sodonorum neuè operere scelus.
 Fraus absit, circumuenias non arte dolosa.
 Alterius madeat sanguine dextra caue.
 Diuitias iusta quæras ratione, nec vllis
 Vtere quæ non sunt parta labore tuo.
 Non aliena tuis affiscere commoda rebus,
 Sed sortem forti pectore ferre velis.
 Quandoquidem fures mendacibus a qui parantur,
 Omnia de lingua verba probata fluant.
 Primus honos cultusq; DEO deoctor, ab illo
 Alter honorari debet vterq; parens.
 Iusticiam oblato corruptus munere sanctam
 Ne viola, cunctis sed dato iusta viris.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

EXERCITAT. POET.

- 96 Diues habet pauperq; D E I de munere vitam,
 9. Non minor est igitur diuite pauper homo,
 10. Iusticiam cole, nam stabis summi ante tribunal
 Iudicis. iniustos conteret ira D E I.
 11. Conseruare decus casti contende pudoris,
 Promissam fallax, nec temerato fidem,
 12. Ne quatius falsam vendens in pondere lancem,
 Sit modus in rebus iustaq; libra tuis.
 13. Pernitiosa tibi si vis periuria vita,
 Odit periuros nam D E V s ipse viros.
 14. Execranda nimis res est, de fossa profunde
 Semina furaci dirripuisse manu.
 Semina furaci nascencia ledere dextra,
 Est ea terribili res prohibenda cruce.
 15. Commeriti promptus mercedem pende laboris,
 Pende nec oppressum, plus preme pauperie.
 16. Arcanum tacito sermonem pectore serua,
 Præmeditata prius nec nisi verba refer.
 17. Nec modo tu miseris debes iniurius esse,
 Hoc alio sed enim nec faciente, pati.
 18. Crastina nec precium miseris in tempora differ,
 Nil hodie qui dat cras minus ille dabit,
 Quin tua si rebus gaudet fortuna secundis
 Qua potes hac miseris parte leuare leuas,
 19. Omnis in ancipiti casu fortuna rotatur
 Nauigio incertum sed magis esse nequit,
 Humanas igitur decet hæc miseratio mentes,
 Naufragium passos triste dolere viros.
 20. Demonis est, hominem risu vexare cadentem,
 Qui facit, hæc similis demonis esse solet.
 Impia sed veluti res est ridere cadentem,
 Tollere collapsum sic pietatis erit.

VALERIA. MADER.

- 97 Nullus adhuc expertus fortuna vixit in orbe,
 21. Sors eadem multos quam gerit vnus, habet.
 Quippè trocho celeri quem gyrat vberere pubes
 Dissimilis non est vita caduca virum.
 22. Si non ampla tuo respondent fata labori,
 De paucis etiam si potes affer opem.
 Omnia communes Dominus fabricauit in vsus,
 Alter in alterius commoda natus homo est.
 23. Accinctus valido dependeat ensis ab armo,
 Non ut is insidias, sed tibi portet opem.
 24. Quin neq; deuictum crudeli morte necabis,
 Qui vitam voluit ferre mucrone tuam.
 25. Victori decus est victis donare salutem,
 Qui nocet est fusi sanguinis ille reus.
 26. Fraude, tuæ sulcos adiungere desine terræ,
 Nec tuus alterius iugera vomer aret,
 27. Est furti species alienos ledere fructus,
 Fructiferos igitur ne populemur agros,
 28. Aduena patricio cum ciue meretur honore,
 Sic quoq; natura præcipiente, coli.
 29. Nullus adhuc stabilem sedem possedit in orbe,
 Omnis in hac exul valle moratur homo.
 30. Pestis auaritiæ vitij alimenta ministrat,
 Cogit in omne seclis pestis auaritiæ.
 Immune quis cuium vidit fraudisq; doliq; ?
 Quem sic nummorum foeda Cupido tenet.
 Hæc rabies sanctos corrumpit et impia mores,
 Non alit hoc mundus foedius iste scelus,
 Atq; vtinam natum nunquam genitumq; fuisset
 Per quod tot reges tot cecidere duces.
 Cognatas inter misisset fera prælia dextras,
 Sanguine deuinctis bella necemq; struit,

- Multi namq; suos fratresq; patresq; trucidant,
Quos tenet hoc cæco, turpè furore sce.us.
31. Qui non illa referi que sentit pectore verba,
Mendacis verè nomen & omen habet.
32. Si tibi contingat rerum prudentia maior,
Consilio socios dirige fonte tuos.
33. Vnicus est verè diuus, sapiensq; potensq;
Hæc tria dans nobis munera magna. DEVS.
- Ergo licet doctus, sapiens, robustus, habetis
Authori laus est illa ferenda DEO.
34. Tristitia præteritis de rebus corda medullas
Exiccant vitæ parturiuntq; necem.
Nil iuuat elapsos tristem peruo. uere casus
Quod semel est factum fata retire negant.
35. Verbera, præcipiti caueas admittere dextra,
Feruida sæpè grauem suscitât ira necem.
36. Non cadit insanam vesana superbia mentem,
Qui nimis alta sapit desipit ille nimis.
37. Turpis mæst rebus luxus plerumq; secundis,
Pauperibus rarum charius er go bonum est.
38. Ceu tumidi crebris redduntur flatibus vtres
Inflat sic vsus perniciosus opum.
39. Ne tua concipiant facilem præcordia bilem,
Ira graui nunquam, sulata furore caret.
40. Omnia iudicio sano quæcunq; probaris
Perge. nec à coepta dimouere via.
Præclaros ausos rebus fortuna tuetur,
Impedit audaces ad mala facta viros:
41. Est decus æternæ virtutis amore teneri:
Dedecus Idaliæ matris amore trahi,
42. Cælica semidcum reddit prudentia ciuem,
Præ reliquis sapiens dignus honore vir est.

- Immo tuis caueas ejus distendere ventrem,
Non leuis est animus cum graue ventris onus.
- Guttura perpetuo nec sint madefacta liquore,
Pocula cum ista garrulitate fuge,
- Quæ so. et in latis tri. arinoxia rebus
Effuge cum pyram qui Japis inuidiam.
An non Jelli seram seruat concordia cælum?
Solis an est radys æmula luna suis?
Flumina nec peiugo, nec tellus inuida cælo est,
Iuudet alterius commoda solus homo.
- Iam dudum superæ de sede ruiisset Olympus
Corpora si cæli liuor haberet iners
Soria vita tuo placeat sanctissima cordi,
Vita hominis monstrat, sobria. spurca sues,
Dedita delicijs nunquam est sine crimine vita.
Sobria mens placidis est mimica malis.
- Seuiat aduersum vintex non vilis in hostem,
Vlterici gladium corripiatq; manu.
- Istam magistratus sint publica munia sancti,
Sontibus vltrices inferat ipse manus,
Vindictam summo vel tu committe tonanti,
Causam legitimo vel tueare foro.
- Vincere quam vinci benefactis pulchrior est res,
Ingratus pœnam sentit ubiq; suam.
- Quamlibet exigui sit maior gratia doni,
Tempore quam longo quod mora tardat iners,
- Si tibi quis debet, nec habet quo soluere possit
Exactor ne sis, tristis, acerbus, atrox.
- Impietas volucrum teneros est tollere factus
Nidifica prorsus cum genitrice, loco.
- Iudicij subeant sapientes munia ciues
Turba rudis recti nescia iudicij est.

- Sutores crepidis. cerdonis pellibus, asunt,
 Et iudex artus quilibet esto suæ.
 Ignotas quicumq; sibi diducat artes
 Falsa quidem sed non dicere vera potest.
52. Assentatores ceu nigros effuge coruus
 Qui nisi te propter comoda ventris amant.
 Prandia qui saltem cœnas & fercula querunt
 Est & amicitie maxima causa, cibus.
53. Ignis, vulgus, aquæ, certis sunt plena periclis
 His temere nullus credere debet homo.
54. Fac tua non laceres ignavia pectora curis,
 Ad mortem multos sollicitudo dedit.

AD ELIAM ET BRIC-

cium. Discipulos suos.

ARida si duro secuistis verbere ligna,
 Scilicet in paruo ligna cremanda foco.
 Mittite nam gelidis (seruentis frigore brumæ)
 Tempus aquis ignem supposuisse leuem,
 Est animus calido sordes purgare lauacro,
 Balneaq; in nostra grata parare domo,
 Vitrea depellit maculas à corpore lymphæ,
 Ut baptisma animæ diluit omne scelus,
 Vnda iuuat sanos, ægris medicamina præstat,
 Comoda fert homini, multa salubris aqua :
 Inter at egregias quæ præstant balnea vires,
 Carmine vas debet nomen habere meo.
 Corpora quo chari semper releuatis amici
 Ante sacram quando lux venit orta diem.
 Est vas ingenti quod fecit mole victor,
 Tresq; alij magni nominis artifices.

Arte Mathematicas callens compingere mensas,
 Et frangens dura qui premit æra manus.
 Et sigulus curren et rota qui præparat ollas,
 Hoc fortæ etiam nobile iuuat opus,
 Ianua deniq; tanum quæ continet artus,
 Mobilis angustam præbet aperta viam.
 Circulus in medio vitreus dat vase fenestram,
 Quæ spargit radios clarus Apollo suos.
 Hæc oculis præstat quam dicta referre, tueri,
 Vixi solet certam res habuisse fidem.
 Pallida si vultis nobiscum tingere membra
 Vos quibus adfertur charta venire velim.

SUPER DICTVM:

Multitudo errantium, non facit errori
 patrocinium,

ERgonè sacrificios diuino lumine cassos
 Idcirco dices fasq; piunq; sequi?
 Quod numerosa cohors illorum claustra sequatur,
 Plurima ceu sequitur Turcica castra cohors.
 Semita lata patet tristem quæ ducit in orcum,
 Angusta CHRIS TVS sed iubet ire via.
 Paruus in immundo, mundo cæcæ Ecclesia cœtus,
 Historiæ sancti, quod meminere graphi,
 Ipse typum sponse primus vir gessit amatæ,
 Cum consorte pia, pignoribusq; thori.
 Exiguus numero cœtus fuit ille, sed in quo
 Promissum summo culmine semen, erat.
 Annè, quod hoc verum sit tute fateberis ipse
 In medio CHRIS TVM velle manere trium,
 Eius corde, pio qui nomen & ore fatentur,
 Quæq; decet, vera religione, colunt.

Oecidit aequoreis hominum pars maxima in undis
 Cœlitus immissi tempore diluuij.
 Nauigat in medijs, Ecclesia parua procellis,
 At submerforum quanta caterua perit?
 Non DES immenam nullo discrimine plebem
 Eligit ast eius quæ pia iussa facit.
 Mœnia quid Sodome referam vastata per ignem
 Sulphure magnificas depopulante domos.
 Masu pratorum, iuuenesq; viriq; senesq;
 Millia quot rutilo sunt iugulata rogo,
 Vnde serex tantum multis de millibus vnus
 Fœminea eductus, prole superjtes abit.
 Prostrati statuam multi Babylonis adorant,
 Quod iuuenes renuunt tres pietate pares,
 ,, Regia nec curant edicta minantia flammæ,
 ,, Mandata humanis sunt grauiora DEI
 ,, Atq; prius flammis vri crudelibus optant,
 ,, Quam statuam flexo poplite, & ore, colant.
 Quippè trium tandem puerorum causa triumphat,
 Tortoresq; truces flamma repulsa necat.
 Sic vos flamma vorax inferni, idola colentes
 Si non pœniteat, secula longa premet.
 Niliacusq; fame est Iacob compulsus vt oras
 Quereret à patrio regna remota solo,
 Hic vbi frumenti sapiens præfectus Ioseph
 Aegypti magnas accumularat opes.
 Exul in hoc tandem visa est Ecclesia cœtu,
 Quæ custos veræ religionis erat.
 Quæ regio Aegypti tunc religione carebat,
 Hanc Patriarcha sua nutriit ipse domo,
 Tempore quo CHRISTVS nostros assumserat artus
 Credentium videas quantula turba fuit.

Scilicet

Scilicet abiecti pastores cumq; cohorte
 Piscatorum, aliquot tunc modo semine erant.
 Infinita rei possunt exempla referri,
 Huius at ista jat hoc sit meminisse loco.
 Ergo quod istorum seductus, chare Matheæ
 Sis numero status qui & sinu' aethra colunt,
 Iamq; tuam à lapsu reuocis errorcq; mentem
 Deuia & haud pergis sed meliore via,
 Gratulor & toto lator de pectore, cuius
 Symbolon hoc nostri carmen amoris habes.

AD PASTOREM BER- ROVICENSEM.

EN tibi quæ dudum studio legisse volebas,
 BERGERI mitto Scripta polita mei.
 Quæ cupio nobis iterum perfecta remitti,
 Siue alto quouis tempore, siue statim,
 DOROTHEAE vero tortam quoq; mitto rotundam,
 Namq; DEI donum talia dona decent,
 Diuinum coniunx verè est charissima donum,
 Tale mihi donum CHRISTE benigne dato.
 Nam mea (sed castis) torquentur pectora flammis,
 Inq; meo flagrat corde receptus amor.
 Cæcus amor nostrum transfixit arundine pectus,
 Saucius vnde meo vulnera corde gero,
 Vulnus at hoc spero tempus mihi tollet & horæ
 Gaudia successu temporis ire solent.
 Tu tenerum nosti charissime frater amorem
 Scis benè quin etiam quod benè pectus amo.
 Hæc ad te volui breuibus nunc scribere verbis,
 Te quoq; ne pigeat scribere pauca, vale.

EXERCITAT. POET.
AD IOANNEM GRVN-
DELIVM, VARRALIEN-
sem, in reditu Parakino.

Assumus è celebri venientes vrbe Camencis
BODROGII doctus quæ prope flumen alie
Assumus atq; simul præsens hæc li. tera nostro
Aduentu natus quam tibi mittit ad. st
Hanc tuus effinxit scribendi doctus in ar te
Filius, ardenti sedulitate studens.
Qui licet optatam Scriptis ferat ipse salutem
Ore tamen nostro dicere fascula iubet.
His etenim verbis saluum precor esse parentem
Vfus erat. quando iam s queremur iter,
Ergo tuæ iussi vitæ bona cuncta precamur
Vir quo Varralia est maius in vrbe nihil
Sic tibi longævam producant fata. s. n. etam
GRVNDELI saluus sic per amande vale.

AD NICOLAVM TOL-
NENSEM.

Nvdus eram tenui texisti corpora lino.
Pauper & adiuvit me tua larga manus.
O NICOLA E quibus tantum pietatis amorem
Eloquar eloquijs. & tibi gratus ero.
Grata D EO pietas vitæ promissa futuræ
Accipit & fruitur munere læta suo.
Et tibi nil dubita pro tali munere largus
Veridicusq; dabit præmia digna D E V S.
Ad quem supplicibus pro te suspiro querelis,
Quæ mea ne careant pondere vota, vale.

AD

VALERIA. MADER.
AD VALENTINVM N.
PASTOREM IN SCHI-
roka, vltra Varralium.

Inclyta Mularum studijs nunc tecta relinquens
Suscepi longum iam pede fessus iter.
Propter, quos necum debebam ferre, libellos,
Cum tuus in SCHIROKA scilicet hospes eram.
Fructifera quando regnabant tempora messis,
Syrius & calidos vjserat igne dies;
Sed tua difficiles pietas me corporis ætus
Ferre dolens. scribis talibus vsa fuit;
Aedibus in nostris quæ portas pondera linque,
Hæc ego transmittam VALERIANE tibi
Sic feci, interea sed magna incommoda sensi,
Dum carni placidis, utilibusq; libris,
Atq; velut duram nullus profcindit aratro,
Instructus ni sic bobus arator humum.
Sic ego non potui procul exiitibus illis,
Officij recte munia obire mei
Ergo vctim puero tradantur protinus isti,
Iunctus is est fratris sanguinitate mihi.
Nam quia non missi, causam, reor esse, fuerunt
Hactenus, est paucis nunc adhibenda fides.
Nulla fides pravo prorsus dominatur in orbe,
Huic tua sed pietas debet habere fidem.
Quin quoq; susceptæ libet hoc subiungere chartæ
Scribere paupertas quod malè suada iubet,
Admonet atq; tuæ pietatis grata voluntas,
Cuius te me nini signa de disse mihi.
Tempore mercatus dum congregremur in vnum,
Laurentis quando plebs pia festa, colit,

H 4

Hic

Hic ubi colloquio multas transeginus horas
 ALBERTO tecum res peragente sacras,
 Scilicet aduersis pugnans pro partibus ille,
 Tu vero quæ sit semita vera docens.
 Hic mihi coniumtum te consueudinis vsu,
 Signa voluntatis dico dedisse pie
 Nil dubitans igitur te supplice quæso libello,
 Dat quoq; supplicibus quæ petiere D E V S.
 Sunt tibi (namq; scio) sacri bona dona lauacri
 Candelæ, matris iam paritatis opus.
 Et quoq; pergameo dictas de homine chartas
 Vt sibus creptas impietatis habes,
 Quo potes ergo valeas, nil paupertate valentem
 Auxilio releua, perpetuq; vale.

AD DOMINVM MARTI- NVM MALOBICENVM.

Doste vir, & multum sacris addicte Camœnis
 BRODENSEM propria qui regis arte Scho-
 Synceram placida tibi defero mente salutem. (lam,
 Contingit Domino quæ nisi dante D E O,
 Nostra tibi forsitan quid portet littera queris &
 Littera pertenui nuncia Scripta stylo?
 Est ea causa leuis, causam nec iudico dignam
 Quæ meritò ad tantum sit referenda virum.
 Vt tamen hoc tenui pateat mihi ianua Scripto
 Noticiæ, dudum iam referanda tuæ.
 Quin scribam prorsus res me non vlla moratur,
 Parua licet res sit non feret illa moram.
 Difficile est alba quenquam caruisse papyro,
 Qui cupit Aonio ritè præesse gregi.

Miles habet veluti vacuum cognomen inermis,
 Absq; suo velut est nullus arator agro,
 Copia chartarum sic plurima conuenit, vt sit
 Huic animi qui vult scribere sensa sui.
 Ergo ego quo patria non possum sede posiri
 Te precor his supplex vir per amande metris.
 Candida rura mihi præsentis mitte per istos,
 Quæ niger inficiat candida rura color.
 Officijs gratus pro talibus esse studebo,
 Teq; iterum studijs demeruisse meos.

AD IOANNEM ET PAV- LVM PRVNONES, FRATRES Germanos Galgocienteses, doctos

& pios viros.

Salue longinquis doctrina cognite terris
 Et patris & patriæ gloria magna tuæ.
 Chære D E O, doctisq; viris dilecte IOANNES,
 Germaniq; mihi fratris amande loco.
 Tuq; adeò consors studiorum, P A V L E, meorum
 Lanigeram superans pectore mitis ouem
 Ambo præstantes virtutibus, artibus ambo
 Eximijs culti, moribus ambo pares
 Laudibus ò dignis matrem super astra vehendam,
 Talia quæ genuit lumina clara duo.
 Rara solet similes mater producere natos,
 Vt fiant culti moribus ambo bonis,
 Sed plerumq; bonus si sit contingat vt vnus,
 Alterius mores de gener ardor habet.
 Eua velut primo gignit duo pignora patri
 Legitimo quamuis pignora nata thoro.

EXERCITAT. POET.

Quorum primus Abel patriq; patriq; placebat
 Quo caruit natu maior, amore Cain.
 Sic permixta bonis mala sunt & tristitia lætis,
 Cuncta per alternas dat DEVS ipse vices.
 At vos unanimis, doctissima pectora, fratres,
 Quæ peperit tantum gaudia mater habet.
 Somnia fallacis fierent si vera Papatus.
 Nemo quibus sapiens credere debet homo.
 Vestra foret genitrix propria virtute beata,
 Cuius vos dulcis munere vita manet.
 Sed quibus ad cælum vos laudibus effero, forsitan
 Non facio officio sic satis ipse meo,
 Ingenio magnis similes heroibus estis,
 Ingenium superat nobilitatis opes,
 Inclita quo memorant herorum facta Poëtæ,
 Mæonio est virtus vestra canenda modo.
 Tale mihi Praeses non dicitur carmen Apollo,
 Difficile inuivo est scribere metra DEO.
 Hæcenus hæc ad vos versus scripsisse sat esto,
 Cætera post numeris verba soluta dabo.

STEPHANO RACI-
CENO, VITTEBERGAM

pro sacris Ordinibus eunti,
 Valerianus Mader.

Quisquis diuini vult spargere semina verbi
 Ille bonum votis captat & optat opus.
 Nec meliora queunt contingere munia vite,
 Quam sacra cælestis spargere verba patris,
 Qui solet infirmis vires augere ministris,
 Solut & in laudes oracæncella suas.

Hic

VALERIA. MADER.

Hic tua mi STEPHANE exopto pia cæpta secundet,
 Dum sequeris sanctæ conditionis iter.
 Sic tibi Teutonicæ licet at transire per oras,
 Atq; iteram patria cernere rura tue.
 Sic procedat opus CARISTO ducet, & aussice, sanctum,
 Sit CHRISTVS capitis pulchra corona tui.
 Qui tibi militiæ dignissima præmia sanctæ
 Scilicet in cælis illa reposita dabit.
 Perge ergo forti pede, recto tramite perge,
 Quo DEVS & populus, dulcis amice, vocant,
 Vana nihil metuens & inania fulmina mundi
 Fulmina terribili quæ crepat ore suo
 Vicit adhuc semperq; tulit grex ille Triumphum
 Qui bene de CHRISTI nomine nomen habet
 Humanis sed non vicit conatibus & vi,
 Arma pijs verbum dat præacuta DEI,
 Ipse DEVS dextra defendit vindice causam
 Partibus à veris quæ sua castra locat.
 Miles in his castris Stephane es quia chare futurus,
 Tolle crucem CHRISTVM iamq; sequare ducem.

AD DOMINVM STE-
PHANVM RACICENVM,
Condiscipulum & tanquam Fratrem
charissimum.

Sero mihi cupidam dicis RACICENE salutem
 Sera licet tamen est hæc mihi grata salus.
 Quæ testatur adhuc veteris meminisse sodalis,
 Oblitum neq; te nominis esse mei.
 Atq; vagus fontes citius vertetur in ipsos,
 Huc ubi Carpaticis effluit ille iugis.

Et

Et citius valles nostra arx descendet ad imas,
 Vrbs subiecta illi celsaq; saxa pect.
 Fana prius, sancti BENEICTI nomine dicta,
 In nostræ salient tecta remota Scholæ,
 Quam STEPHANI nostro charum de pectore nomen
 Excidet, o vera nexu amicitie.
 Namq; fatebor enim quoties ego cunq; recolor,
 Sincere inter nos vincula amicitie,
 Aut inopina statim genui suspiria duco,
 Aut lacrymis subito lumina nostra muelent.
 Vera loquor, frater charissime, vera loquenti
 Crede mihi, non me ficta referre iuuat.
 Vnde sed hic genitus, suspiria, deniq; luctus
 In promptu nostri causa doloris adest:
 Sorte ego cum dura nimium quandoq; premebar,
 Tu mihi trisulanti dulce leuamen eras.
 Inuida conatus nostros cum turba studebat
 Rumpere, languenti tu mihi calcas eras.
 Te studio quoties memini defessus adibam
 Signa voluntatis quam mihi grata dabas.
 Sed modo quis talem prestat mihi queso fauorem?
 Nullus adest verus, nullus amicus adest.
 Infinitas cui deferrem forte querelas,
 Arbitrio cuius quaero dura darem.
 Talia cum mecum solus benefacta reuoluo,
 Discessu dolco dulcis amice tuo.
 Idq; magis tanto quod dextram iungere dextrae,
 Non potui, à nobis cum sequereris iter,
 Extremumq; vale haud potui tibi dicere saltem,
 Vltima nec pleno pocula ferre mero.
 Quis scit an his oculis te post aliquando videbo,
 An tecum hoc presens amplius ore loquar.

Mortalis

Mortalis nihil est aliud nisi fabula, vita,
 Fabula ceu breuis est sic quoq; vita breuis.
 Nostra licet longo sint disita corpora tractu,
 Coniunctos animis nos tamen esse decet.
 Vsq; adeo firma est sanctæ coniunctio mentis,
 Nullus vt hauc possit dissociare locus,
 Sic mecum Stephanus, Stephanus cum Valerianus,
 Coniuncti donec vita manebit, erunt.
 In caelis etiam sanctio potemur amore,
 In CHRISTO verus quos sociauit amor.

D. ANDRÆ CARPO- nensi, Vitteberga redeunti.

TE mihi Leucorea reserebant quando redisse
 Vrbe, simulq; huius tecta subisse Scholæ.
 ANDRÆA, reditus salui signata volebam
 Quam fuerint animo nuncia grata meo.
 Grata nimis fateor, iam longo tempore namq;
 Te data cernendi copia nulla fuit:
 FABRICIO claram THOMA quo laequimus vrbem,
 Haustumus Aonijs nos vbi fontis aquas.
 Tu rebus patriam vnde es, reuocatus onustis,
 Ast ego post ignis plurima damna mali,
 Ergo quod huc leto remeasti sydere saluus
 Emensus longas fessus at ipse, vias,
 Gratulor, eternum numen votisq; satigo
 Pectoribus suas respicit ille preces.
 Incolumis charis vt restituare propinquis,
 Quos modo dextra Getæ sanguinolenta premit.
 Ac velut ore lupus mites infestat ouiclas,
 Dicitur (ah) patriam sic lacerare tuam,

Turba

Mentio
 Barthæ,
 qua clar-
 ruit post
 Leonhar-
 di Sebecke
 lib. obtu,
 per Tho-
 mam Fa-
 brianu, vi-
 rum vni-
 diquiq;
 doctissi-
 mum.

EXERCITAT. POET.

Turba nefanda trahens ad supra nefanda puellas,

Et quod adhuc multo plus feritatis habet:
Infigens pueros præ acutis cuspidis palis.

Cuncta quibus belli parcere iura so'ent.
Horum te rabiem contra defendat, & horum
Eripiat dura de feritate DEVS.

Nec plagiatorum permittat viribus vnum
Vel capitis pilum tollere posse tui.

Id precor esse ratum cœlesti numine CHRISTVS
Id velit omnipotentes rexq; paterq; DEVS.

IN FESTO SIMONIS ET IVDAE APOSTOLORVM,

Anno Domini, 1580.

AD EGREGIVM DOMINVM,
SIMONEM IASSENSKI, NOTARI-
um comitatus & ciuitatis Trenziniensis fide-
lissimum, cuius nomen initia vera
suum continent.

Sancta diuorum celebremus vnâ
Sobrio sed pectore Apostolorum
Festa, que tandem reuolutus orbi
Attulit annus.

In DEI laus hæc veniat supremi
Mortuus hi nil faciunt, honores
Non decet Sanctis dare sed benigno
Vota tonanti.

Magna cœlestis documenta patris
Tradidit SIMON pariterq; IVDA S
Hoc die quorum celebratur amplo
Nomen in orbe.

VALERIA. MADER.

Obis; feruorem pietatis ille
Scilicet SIMON Solymis beatus
Est tuo pro nomine CHRISTI E passus
In cruce mortem.

Nulla constantem valere CARISTI
Martyrem sic tormita tenuisse
Ut mori mallet, prociisq;, quam te
CHRISTE, negaret.

Ista fideles decet & ministros,
Et pios constantia Christianos,
Quam suo nobis statuit beatus
Sanguine SIMON.

Alter at IVDA S socius laborum
Martyr, optata sociusq; mortis
Hac die latum celebratur omni
Laude per orbem.

Scandit, equalis Deitate patri
Filius virtute potentiaq;
Aeteris postquam petijtq; summi
Culmina CHRISTVS.

Scribitur multas docuisse gentes
Atq; Persarum peragrasse terram
Vulnera & IESV documenta CHRISTI
Sacra professus.

Ethnicis illic manibus peremptus
Morte doctrinam propriaq; firmans
Reddidit nobis quoq; certiore
Sanguine fuso.

Nos truce[m] verò doceamus omnes
Corde, sanctorum, pietate, mortem,
Vera, CHRISTI dogmata sic parati
Morte tueri.

Summe qui clemens animas tuorum

ODEVS, post hanc recipis ruinam
Atq; grassantem in tua membra poenis
Afficis orbem.

Contere immanis truculenta Turcae

Arma qui sanctos satagit necare
Quiq; veros persequitur ministros,
Carcere & igne.

Inimicis hoc te Pater obsecramus

Pectoris nostri precibus, pijsq;
In fide stantes, patientiaq;
Pescimus, Amen.

AD NICOLAVM TOL- NAI, CONDISCIPVLVM

Nunc mihi quam verus fueras NICOLAE sodalis
In cunctis, Schola quos haec nutrit alma, scio.
Cum discedo procul tanto cariturus amico
O mihi qui mentis tot monumenta dedit.
Laudibus ob sanctae si quis pietatis amorem
Ad caelos vnquam concelebrandus erat.
Vnus eris celebris sanctae pietatis amore
Saluifica quod sis praedictus atq; fide.
Tu mihi, quo proprium texisti corpus amictum,
O pietas caelo retribuenda, dabas.
Largus ut es latum celebris Martine per orbem,
Nuda quod abscessa corpora veste tegis.
Afsidua simili celebrabo laude sodalem
Iam patriae repetens dulcia rura mea.

AD

AD MAGNIFICVM DOMI-

num, SEBASTIANVM TEKELI, &c.
Sic tibi perpetuis faucat fortuna quadrigis
Efferat in summum teq; SEBASTIANVM.
Blanda patrem soboles charum ceu diligit, heros
Alme, colat sic te subdita turba diu.
Subdita diuino: qui praevidet omnia nutu,
Turba. suum noscat te celebretq; ducem.
IpsedeVS proprii monstrat tibi signa fauoris
Aeternis diret te cumuletq; bonis.
Nomina castalio celebrent tua carmine vates,
Omni quaq; datur sedulitate, canant:
Tu quibus ut studijs possint incumbere coeptis
Ex larga, largus, porrigis era, manu.
Cum sed pauperies & dura fatiget egestas
Et me, Pieridum qui quoq; castra sequor.
Largae fac pressus releuer munimine dextrae
In qua multiplices fers opulentus opes.

AD ANDREAM SAROSIVM.

An te quidem verbis blandis testatus amorem es,
Nunc in nos pietas iam tua vera patet.
Doctrina pietate, grauis vultuue SAROSI
Rebus ego grates pro quibus vnus ago.
Et tua si potero benefacta referre studebo,
Aeternus gratos respicit ipse DEVS.
Scilicet officio pro paruo plurima praestas,
Atribuens lautos ferula grata cibos,
Rara peregrinos gens nutrit alitq; studentes,
Omnibus hoc vitium gentibus esse solet.
Solus es in multis qui strectos diligit, huius
Iudicium missum munus amoris habet.

I

IN

IN NATALEM SVVM
VALERIANVS MADER, QVI
natus est die ascensionis Domini nocti
IESV CHRISTI,

Anno 1558.

AD EGREGIVM DOMINVM,
IOHANNEM PETRONI, COMPAS-
sionem obseruandissimum, Magnifici Domini, Do-
mini STEPHANI BALASSA, de Gyara
math & in Detrekö, &c. Sacrae Cesaree Regi-
maiestatis Dapiferi, &c. familiaris &
causarum directoris.

Edidit hac, genitrix in lucem me mea, luce,
Gaudens qua CHRISTVS coelica regna petit.
Regnat ubi Patris ad dextram simul omnipotentis.
E t donis homines afficit omnigenis.
Gratia me cuius verbi dedit esse ministrum,
Indignum licet, ast gratia magna DEI est,
O quam praesentem multis cumulauit in annum,
Diuinae referam, me pietatis amor,
Ortus mane nouo sum sexta infantulus hora
Mente DEVM sobria fors vt ore colam
I dcirco vt superum celebremus laude parentem
N ascimur, & fruimur munere quisq; suo.
Officium scandens ad caelos hoc mihi CHRISTVS
Indidit, vt doceam dogma salubre alios
Ob finem quoties sum conseruatus & istum
Humano maior res erit ingenio,
A rx stat in Hungaricus SINTAVIA finibus, illa
N utritus didici prima elementa, puer.
N ondum transegi vitæ duo lustra tenelle,
I urgia non colui, non maledicta dedi, Paruula

Paruula, cum in viridi, ludebam gramine, turba
E t nemo aduersum qui metuisset erat
Tunc tetra bombardæ globo ruit, en prostratum
R es miserranda meum, corpus & ossa iacent.
O mnes mirantur pollutum sanguine corpus,
N ec qui syncrè non doluisset erat,
I n media qui me seruasti morte Redemptor
O des vt celebrem nomen honore tuum.

EPITAPHIVM.
IN OBITVM ANDREÆ,
FILIOLI GEORGII

SCHLENDORF.

Descendens caelo noster SALVATOR ab alto,
Assumensq; hominis carnea membra DEVS,
Ad se clementi pueros sermone vocabat,
Vt veniant celeri paruula turba pede.
Heredes vitæ quos dixerat esse futurae,
Nunc etiam tales ad sua regna vocat.
Infantes etenim translati, funere parui,
Hanc causam subito cur moriantur habent:
Scilicet atati non sunt peccata tenelle,
Quæ proprijs factis & leuitate patrent.
Corporibus teneris turpi sine crimine mens est,
Mens qualem Dominus diligit ipse DEVS.
Vita grauis, grauibus simul est obnoxia culpis,
Plus qui viuut homo plus quoq; peccat homo.
Ergo vocat tenerum DEVS ad sua gaudia cœtum,
Angelici socius qui queat esse chori.
Proptereaq; grauem puerismittere pestem,
Vult DEVS, vt salui regna beata petant

Sic infans terra qui condidit ossa sub ista,
 Nunc anime in coelis gaudia leta capit.
 Saluifico ANDREAS nomen bis pristinæ sumsit,
 Oblatus primum cum sui ipse DEO.
 Atq; licet fuerit de sanguine natus equestri
 Nobilis & patris nobilitate sui,
 Non tamen iccirco cœlestes possidet auræ,
 Nil genus ante DEVM nobile iuris habet:
 Sola via ad Superos CHRISTI sacra vulnera IESV,
 Quæq; his est omni tempore nixa fides.

IN TVMVLVM STE-

PHANI CHIRV RGI,
 præstantissimi.

SEU sacra venisti præfens audire viator,
 Verba, sepulchrorum cernere siue locum.
 Siste pedem, cognosce quis hac requiescat in vrna,
 Atq; meo exemplo tu quoq; dicte mori.
 Nomen eram STEPHANI nactus baptisinate sacro,
 Natus vbi vite munera prima tuli,
 Tunc vbi diuini sum factus pars quoq; cœtus
 Et mea sunt CHRISTO nomina scripta DEO
 Materno pietatem hausi cum lacte, senexq;
 Imbutus simili post pietate sui.
 Quæq; inopem viuus potui fendere vitam,
 Ars mihi sanandi vulnera nota fuit,
 Multis restitui percussis vulnere vitam,
 Qui propè iam tristis limina mortis erant
 Fatalem sed nemo potest euadere mortem
 Cullibet est mortis meta statuta suæ.
 Sic ego qui potui manibus curare peritis,
 Aegros, non potui pharmaca ferre mihi,

DONES

Donec fata volunt vitam tibi pharmaca præstant,
 Illa nihil profunt hora vbi mortis adest:
 Mors nihil est dulcis vitam nisi ianua ad illam,
 Gaudia que nunquam deperitura feret.
 Dum vixi varijs angebar pectore curis,
 Optata tandem pace, quiete, fruor.
 Actari, leuis est mors sed crux vita, scñli,
 Grata quies hominis mors solet esse seni:
 Et natura mihi canos produxerat annos,
 Et mihi difficilis pigra senecta fuit.
 Ante oculos senibus mors omni tempore oberrat,
 Ante videtur que mors minus illa nocet,
 A tergo iuuenes, præter spem corripit, atq;
 Insperata magis ledere tela solent.
 Quisquis es, in CHRISTO vitam tibi pone, viator.
 Qui CHRISTO viuuit morte perire nequit.

EPICEDION.
 IN OBITVM GEORGII

CABAT, CIVIS TRENZII
 niensis præstantissimi atq;
 grauissimi.

VT rosa Purpurei quæ floret tempore veris,
 Cultori referens commoda grata suo.
 Post vbi candidulos consperfit sanguine flores,
 In terram fato præcipitante calit.
 Sic peragens æui melioris tempora, ponit
 Vt rosa maturo tempore corpus humo.
 Qui fuerat nostræ flos vrbis splendidus, atq;
 Inter honoratos gloria magna viros.
 Ingenij propter virtutes gessit habenas
 Vrbs, & est sanctus iudicis officio.

13

Omnibus

EXERCITAT. POET.

Omnibus in rebus grauis & pius esse studebat,
 Huic pupillorum maxima cura fuit
 Semper enim lethi memor isthæc verba sonabat:
 Causa relictorum cum peragenda fuit:
 Iusticiam miseris par est deferre relictis,
 Post obitum fiet nostra relictæ domus:
 Sciuerat hic vitæ quod sit breuis hora caducæ,
 Iusticiæq; sacræ munera danda DEO:
 Ergo licet charas mœsta cum coniuge natus,
 Deferat, & cœli gaudia mente colat.
 Has tamen & lachrymis moriens & voce reliquit
 Ac Domini curæ tradidit ipse DEI,
 In cuius gremio placidè requiescit, ouansq;
 Percipit in cœlis gaudia facta pijs,
 Hæc tibi iusta, graui sunt à me facta dolore,
 Optimus in viuus qui mihi fautor eras.

EPITAPHIUM.

HONESTISSIMÆ MATRO-
 NÆ, ELISABETHÆ RELICTÆ, quon-
 dam ÆGIDII LVCZATINSKI, erectum
 pietatis filialis ergo à IOANNE LV-
 CZATINSKI, matri dilectissi-
 mæ & honorandæ.

Hoc tibi chara parens in nati pignus amoris
 Et statuo stetus hæc monumenta mei
 Ne iaceat rigido tua fama inclusa sepulchro,
 Munere Musarum nescia fama, meri.
 Inuiolata sacri seruasti fœdera lecti,
 Quinq; suo generans pignora nata viro,
 Nempe duo sexus, quæ sunt potiora virilis
 Et tria virginei dulcicia dona chori,

VALERIA. MADER.

Quorum nunc etiam post tristia funera matris
 Post mortemq; pæ, vita caduca manet.
 Non equidem duris ereptam casibus (æui
 Cum matura fores) me doluisse iuuat.
 Namq; molesta graui pressit æ morte senectus
 Est durum; ænibus viuere, dulce mori.
 Sed meritò querulis implemus vocibus auræ
 Equè oculis stetus flumina larga fluunt
 Digna quod à nobis tibi gratia reddita nulla est
 Pro meritis in nos mater amanda tuis,
 Tu mihi testis eris postrema luce resurgens,
 Hic locus testis, testis eritq; cinis,
 In te quod fuerit pietas mihi plena fauoris
 Signa voluntatis quod tibi grata dedi.
 Clarus in Aegypto Cananus vixit Ioseph,
 Hic etiam canum nutriit ipse patrem
 Sic procul. ò genitrix, huc à natalibus oris
 Te duxi infirmam quo nutriisse queam,
 Hinc ubi dat rubri ditissima dona metalli
 Nobilis auriferis Pannonis ora iugis.
 Si longæua magis numerasses tempora vitæ
 Sensisses gratum me magis atq; magis.
 At dum fata volunt satis parere necesse est.
 Omnibus est mortis certa statuta dies.
 Vel citò vel serò vitam mors omnibus aufert,
 Virgo, puer, iuuenis morte caditq; senex.
 Nos quoq; chara parens, te mox sortasse sequemur
 Nunc inprouisam peste minante necem
 Vltima vel mundi nos obruet illa ruina,
 Quæ ventura orbi creditur esse citò.
 Omnia quandoquidem sumunt præsagia finem,
 Validico CHRISIVS quæ dedit ipse sono.

Luna frequens tetra cœlat caligine vultus
 Cynthia & terris lumina clara negat,
 Chasmatâ nulla prius videntur secula tanta
 Apparent supra quam modò multa caput
 Cetera prætereo quæ nobis signa manantur
 Extremum mundo non procul esse diem.
 Hac nos CHRISTE die clementer maxime serua,
 Qui colimus cordis nomen honore tuum
 Hac iterum, mea te mater charissima, luce
 Spes superest, oculis, certa, videbo meis.
 Illic maternus DANIEL tibi ludet in vlnis
 Qui plorans cunis te moriente fuit
 Ingenui DANIEL vultus puer, & pietatis
 Et veræ speciem iam probitatis habens.
 Forſan & ipse simul iuuenilibus integer annis,
 Hæc relegens luctus signa videnda mei,
 Et veteris renouans vestigia trita sepulchri,
 Docta, parentali, carmina more, dabit.
 Desino iam lachrymis exundant flumina fusis,
 Tristia stibilibus dum loquor ista modis.
 Chara mihi genitrix æterna in tempora chara,
 Seu viuam moriar seu quoq; chara, vale.

IN TVMVLVM EGRE-

GIAE BARBARAE ADAMOVS-
 KA, coniugis CASPARI
 CRIVA, &c.

Mortua cur titulis signantur corpora scriptis
 Vatribus incumbit quæ pia cura sacris
 Ne cum corporibus moriatur nomen honestum
 Nomen enim viuax, Musa perenne dabit

Corpora putrescunt anime post fata quiescunt
 In terris hominum gloria sine caret.
 Postkritas quam sera sequi virtute parentum,
 Debet & in viuis ad decus omne trahi.
 Fœmina sic tumba quæ condidit ossa sub ista
 Digna per hos eleget quæ celebretur erat.
 BARBARA matronis nomen commune gerebat
 Moribus haud sed erat prædita barbaricis
 Quamuis egregio de sanguine nata parentum
 Aucta tamen proprijs dotibus illa fuit.
 Casta, pudica, domus custos, pietatis amatrix,
 Fida, sui constans atq; in amore viri.
 Quo viduata suos cœlebs traduxerat annos
 Sic cupiens Domino nempe placere DEO.
 Id quod Tharsensis testatur Epistola PAULI
 Nempe Corinthiacus quam dedit ille viris,
 Nupta suo tantum vult complacuisse marito
 Quæ vidua est Domino si placet illa sat est,
 Coniuge fœmineam charoq; superſtite prolem
 Edidit & matris munere functa pia est
 Nam sibi concessam diuino munere natam
 Moribus & monitis imbuuit ipsa pijs
 Imbuuit, & nuptam MARTINO tradidit illam
 RACOCIO, quem nunc mœsta relicta gemit
 Qui vir in Aonia magnus fuit arte, Poëtas
 Laurigeros inter qui numeratus erat
 Hunc nisi Musa satis laudasset docta colessi,
 Nostra etiam ferret laude Talia pari
 Tanto filiolum coniunxit viuâ marito
 Qui quoq; correptus morte tremente iacet
 Sic sequimur charos ad cœli gaudia amicos
 Omnibus est nobis hæc aduenda via.

PATRI HONORANDIS-
SIMO NOBILI VIRO NICO-
LAO MADER, CIVI TRENCZI-
NIENSI, qui CHRISTO animam suam
commendans, obiit Anno Do-
mini 1585. Die decimo-
septimo Martij.

POSITA A FILIIS EIVSDEM,
NICOLAO, VALERIANO, & IO-
SEPHO MADER, FILIALIS OB-
seruantia & memoria
ergo.

PETRVSBAROSA

SIVS.

Cum titulus ornas aliorum busta piorum,
Id decet vt facias VALERIANE patri.
Hoc pietas nati virtusq; patet na requirit,
Exigit officium mutuus istud amor.

HAc nos care Pater lacrymarum in valle relinquis
Passus vbi es miseris tu quoq; multa modis.
Artibus informans iuuenes, praerastq; colonis
Magnatum, functus iudicis officio es.
Caesar, quanta tibi fuerit facundia, nouit,
Et vera iussit nobilitate frui.
Gloria sed mundi sumit, licet ardua, finem,
In Domino demum gloria sine caret.

Symbolon

Symbolon hoc ergo fideiq; speiq; tenebas,
Cum Iobo similes passus & ipse vices:
Credo, quod in super a viuit meus arce, Redemptor,
Viuit: & ipse meus viuificator erit.
His oculis huius cinctus velamine pellis,
Conspiciam vultus, CHRISTE benigne tuos.
Hec spes firma manet, nec me frustrabitur, ecce
Non procul est, veniet maximus ille dies.
Hac nos chare Pater lacrymarum in valle relinquis
O patriae semper fata dolenda mea:
Pestis acerba viros inopina morte celebres
Prostrauit, quorum nomina clara vigent
Colle sub hoc Colacine, iaces, Praeceptor amande
Anthoni, CHRISTI pastor amorq; gregis
Zahorski patriae decus vrbs dulcis ADAMB,
Florere incipiens, peste necante, cadis.
Hac nos chare Pater lacrymarum in valle relinquis
Nos etiam melius te foret vsq; sequi:
Fleuimus extincti, mox post tua funera, fratris
DAVIDIS casum qui tibi charus erat.
Fleuimus extinctum subita quoq; morte IOANNEM,
Austriacis sedes est vbi principibus:
Nunc etiam flores nobis lugemus adeptos
Filiolum charum, filiolumq; simul.
O dulces animas o dilectissima, CHRISTE
Pectora, des oculis posse videre meis.
Iam cessent lacrymae, cordis dolor omnis ab esto
In vitam lacrymis non reuocatur homo.
Salue chare cinis matrisq; patrisq; piorum
Et quorum sunt hoc corpora cumq; loco.

IN

EXERCITAT. POET.
IN TVMVLVM IVLIAE,
FILIOLAE MAGNIFICI DO-
mini, Domini LADISLAI POPE-
LII, à Lobkouicz & in Zby-
row, Comitatus Comitatus
Trenczinienlis.

ANte sacram veniens, si nescis, quis iacet aram,
Ita scies, quisquis Carmina pauca leges.
Magnorum solet hic tantum locus esse virorum,
Qui de Magnifico nomen habent.

- » Scilicet hi primum ceu debent Tempa tueri
- » Sic primum debent iure tenere locum.
- » Principibus primi meritò debentur honores
- » Sancta quibus pietas religionè placet.

IVLIA POPELII generoso sanguine nata,
IN CHRISTO moriens, hic tumulata iacet.
IVLIA, filiolae inter, postrema, priores:
Grata, quibus superest, munere, vita, DEI.
Vix bene luciferi conspexit lumina Solis,
Lumina iam claudit, morte premente, sua.
Hinc desiderium maius lachrymasq; parentis
Mouit, & hinc genitrix incluta mater habet.



VALERIA. MADER.
EPITAPHIVM.
FILIOLIS ET FILIA-

BVS GENEROSI DOMINI,
BASILII MAROTHI.

CHRIſTvs ad astra vocat pueros atate tenela
Et roseo illorum sanguine membra lauata. (105,
Vtq; sacris illos latus gestabat in vinctis,
Cum summo in terras à Patre missus erat.
Credimus illorum simili quod flagret amore,
Nunc vbi tam multas possidet ille domos.
Hac igitur mœsti spe vos reuocate parentes
Vos quorum tumulto hoc pignora chara iacent.
Pignora chara iacent tumulto cooperta sub isto,
Bis tria, pestifera quæ cecidere, lue:
Bis duo virginei sexus, duo deinde virilis,
Hec patris, illa pie spes genitricis erant.
Sex menses, duo lustra, duos ZVZANNA per annos,
Vixit, virginei gloria magna chori
Pro thalamo tumultum, mollis, suscepit honestum,
Nascimur in thalamis condimur in tumultis.
Castæ CHRISſTvs amat fidei mentisq; puellas,
Sola fides castos efficit ante DEVM.
Quæ fuit hac annis natu minor ANNA duobus
Cum chara iacet hic chara sorore soror,
Annos sex, mensesq; duos MAGDOLNA superstitis
Hic etiam mortis falce secata iacet
CLARA suas inter natu postrema sorores
Triginta vixit quæ modo quinque dies
Pestifera sequitur sublatas morte sorores
Atq; harum lateri iunxit & ipsa latus

EXERCITAT. POET.

Sic vos ad cæli, cælestis, gaudia, sponsus,
 Sunt vbi delicijs omnia plena, vocat.
 Sic vos ante DEI qui crimina transtulit, agnum,
 Angelicus læta conspicit esse chorus,
 Quattuor EMERICVS vixit GABRIELq; duos
 Annis, & septem mensibus iste super. (bus)
 Inuida mors, hominumq; nimis furunda cruoris,
 Hos etiam pueros peste volante necat,
 Sed meliora velim mæsti sperate parcentes
 Pignora sex quorum hoc sunt tumulata loco,
 Illorum gaudent animæ, vos ergo doletis
 Letos flere nihil commoditatis habet.
 Cum CHRISTO viuunt illi, sine fine, beati,
 Creditis hos verè viuere, flete nihil.
 Credite dum propria cingemur tegmine pellis
 Nostraq; de gremio corpora terra dabit,
 His oculis, largis, quos fletibus excecatis
 Cernetis vestri pignora chara thori,
 Quin etiam ignotos hic cognoscemus amicos,
 Qui capiti CHRISTO turba dicata sumus.
 Quisquis CHRISTE tui donatus cognitione est,
 Cernet ibi cunctos, res preciosa, pios.

Verificatio Cautionis:

Dies iræ dies illa, soluet mundum
 cum fauilla, &c.

Qvam metuenda malis fiet lux illa, tonantis
 Qua gnatus mundo, fata suprema vehet
 Totius in cineres soluetur machina mundi,
 Sed faciem rursus induet illa nouam
 Validam legimus ceu prædixisse SIBYLLAM
 David & in Psalmis occinuisse pium.

Timo

VALERIA. MADER.

Tunc tuba terribili clangit per mania, voce,
 Dispersens hominum membra sopore graui,
 Ad faciem steterunt vbi iudicis, ecce legetur
 Complectens scelorum millia multa liber.
 Vnde suis sumet pro factis impius orbis
 Præmia, dum capient gaudia grata pij.
 Ergo ego tunc, miser ah, quo vertam lumina, vel que
 Hoc coram iusto iudice verba seram.
 Num quæram sanctos demens, pietatis & expers,
 Qui mihi tunc ferrent fortè patrociniū.
 Ni proprio fuerit pectore fiducia ducta,
 Hac nimium fiet tu quoq; luce miser.
 Imò etiam propria efficerent quem facta beatum,
 Non aliquis sijet iudicis ante thronum,
 Hic tua non vllus poterit delere piacula
 Innocuus soluit qui mala nostra nisi.
 Te precor ergo mihi præsens sis CHRISTE redema
 Pro meritis soluas præmia neue meis. (ptor,
 Sed velut in terris habitans, peccata dolentes
 Soluisti scelorum pondere sancte DEVS.
 Indignum sic me saluabis maxime IESV
 Dum mihi vitalis contrahit ossa calor.
 Qui simul ac tenues fuerit resolutus ad auras
 Cernere da vultus lumina clara tui.


IN LECTOREM NA-
S V T V M.

Forsitan hæc aliquis Theonino carmina dente
 Rosevit, Aonia qui nihil arte valet,
 Carminis authorem quod dedecet esse ministrum
 Præcipue vera qui pietate flagret,

Multa

EXERCITAT. POET.

Multa sacris vates tractant contraria Scriptis
 Cuncta tamen vatum Scripta profana. nego,
 Heretici spargunt etiam mendacia multi
 Hereticus pastor num gregis omnis erit,
 Ingenuos digna spoliat qui laude Poetas,
 Improbat hic summa splendida dona DEI,
 Totius ipse vocat fictorem se DEVS orbis
 Nec titulum sacri vatis habere pudet,
 Dicitur estq; DEVS cunctorum vena bonorum,
 Humanis venam quam dedit ingenijs.
 Non igitur modica formidans mente superbum
 Qui nisi quæ nouit nulla scienda putat.
 Sume cbelin digitis dulces & concute chordas
 Quodq; iuuat doctos concine Musa melos.



FINIS.

Libelli Exercitiorum
 Poëseos,



LIBELLVS ADOPTIVVS.

Hoc est:

AMICORVM SCRIPTA,
 QVAE, SICVT LIBERI ADO-
 ptiui amantur, ita amore
 omnium bonorum
 sunt digna.

EPGRAMMA.

IN INSIGNIA REVEREN-
 DI ET CLARISSIMI VIRI, PIE-
 tate, humanitate, doctrina, morumq;
 grauitate ornatissimi Domini,
 VALERIANI MAR-
 DER, &c.



Arpino alius, Pardos, vel iactet
 Echidnas
 Terribiles rostro, dentibus, vn-
 guæ, feras:

SOLEM, atq; alipedem, pura cum VIRGINE,
 MARIEM,
 Pingis in insigni VALERIANE Tuo.

Virtutis fuerant prius hæc monumenta Paternæ,
Sunt hodiè meritis debita dona tuis.
Sol tibi Iusticia est Christus radiantè coruscans,
Hoc Sole illustri nil nocet umbra necis,
Virgo fæst purum recinens Ecclesia verbum,
Felix Virgo sinu quem fouet ista suo
At Marres campo quæ urrit anhela patenti
Designat Verbi libera lora sacri.
Sic quoq; per populos diducis, larius alis,
Verba DEI per te sparsa MADERE volant.
Maçte animi istius Christi venerande Minister,
Voce DEVM & calamo liberiore sonas.
Sol Christus fouet tibi, teq; Ecclesia Virgo,
In gremio foueat VALERIANE tuo.

Hieremias Sartorius Aruensis, Pædotriba
in Schola Trenziniensi,
faciebat.

NICOLAUS MADER, AD
FILIVM VALERIANVM,
in Scholam Bartphensem,

QVæ mihi misisti, Fili charissime, nuper
Carmina, mirè animo grata fuere mo.
Carmina quæ teneræ monstrant documenta iuuentæ,
Et quo sit soboles instituenda modo,
Nec non Pierij testantur culmina montis
Te petere audaci constituisse gradu,
A teneris annis (fateor) consuescere multum est,
Fitq; senex talis qualis ephebus erat.
Viribus humanis nescit natura reuelli,
Sive sit illa parens sive nouerca tibi,

Consue

Consuetudo tamen creberrima, sæpe potentis
Vincere naturæ semina firma solet,
Scilicet vsus alit naturam sæpe latentem,
Ponere nec facile est, quæ placuere diu.
Sole perustus Arabs niueos prius induet artus,
Nigrantes plumas induet albus Olor.
Mens opus assuetum quam confirmata relinquet,
Desinet & stimulus corda ferire suis,
Testa recens calidis quos ignibus hausit odores,
Hos seruat donec fracta recumbat humi,
Ergo necesse probum est, doctumq; adhibere Magi-
Sinceræ qui sit vir pietatis amans, (strum) Quæ re-
Quis sciat incautam frenis cohibere iuuentam, quitur in bo-
Ne forsitan præceps in scelus omne ruat. no Prece-
Et cogat molles animos asuescere, honestis ptore.
Exemplis vitam condecoratq; suam.
Talis cum tibi nunc, ô VALERIANE Magister,
Contigit, Aonium quo duce capis iter.
Gratulor ex animo tibi, mi charissime Fili,
Atq; precor studijs prospera cuncta tuis.
Ipse DEVS tibi sit cœlesti numine præsens,
Cur sibus & tribuat vela secunda tuis.
Quod superest sacras (horror) ne desere Musas
Linque nec Auriconi pleetra sonora DEI.
Perge sequi veterum vestigia clara virorum,
Perge nec à cæpta dimouere via.
Sic insigne feres nomen, sic gloria fontis
Pegasus alato quem pede fecit, eris.
Dignus, & existis patrijs virtutibus, hæres,
Ornabisq; meam per tua facta domum.
Nunc age, plura tuæ mittas mihi carmina Musæ,
Carmina si mittes munera nato, feres.

Thomas
Faber, &
Georgius
Radashin-
nus, Bart-
phenes.

IOANNES PRVNO,
VALERIANO MADER.

Salutem in eo, qui est Salus & Redemptio nostra, quod tardius, quam tua vel mea ferebat opinio. Valeriane charissime, ad literas respondeam tuas, ne quæso obliuioni amicitiaë nostræ, sed molis occupationum, quibus dici non potest quantopere distinear, ascribas. Quanta enim impedimenta, quantæ remoraë, pene quolibet momento offerant se nobis, qui in his umbraculis, & in isto puluere Scholastico viuimus, tibi qui eiusdem pulueris non parum deuorasti, plus satis notum esse existimo. Itaq; neq; animus scribendi, neq; tabellariorum opportunitas, mihi defuit, imo verò & superfuit, sola temporis quo maximè destituimur, inopia, nos à scribendo retraxit. Sed ommissa longiore Apologia ad rem ipsam, ne præter rem plura quam oportet. Literæ tuæ duplici nomine nobis gratissimæ atq; exoptatissimæ acciderunt: partim ~~quod~~ quod carmine cultissimo & humanitatis, doctrinaë, officij, & benevolentiaë plenissimo, fuerint exornatæ, partim verò quod nos de rebus Colacinatis, viri omni genere laudis dignissimi cumulatissimo plenissime & planissime edocuerunt. Legimus autem Carmen tuum infrequentia multorum amicorum, & digno cohonestauimus Eulogio, qui & præclare de te sentiunt, ac loquuntur, & ut in hoc studio pergas, te hortantur, quibus & ego meam, adiungo cohortationem. Neq; autem tempus paritur neq; tu à nobis id

fortassis

fortassis requiris, ut te ad diuinissimum Poëseos studium multis admonitionibus & obtestationibus inflammemus. Magna esse te in expectatione cum apud omnes, tum apud nos amicos tuos, non es nescius, cui ut respondeas, tibi annitendum & allaborandum est. Ingenium ad omnia summa natum & prope diuinum, ac cum ad alias omnes artes, tum potissimum ad hoc studium naturæ quadam pronitate, propensum & inclinatum situ & rubigine obduci si parieris, rem sanè omnibus detestandam committes, sed bona spes est, te ea diligentia, qua cœpisti hæc studia, continuaturum, ad laudem sanctissimi nominis diuini, & emolumentum patriæ tuæ. Satis igitur iam mihi factum fuerit, si te currentem breuiter veluti quadam manuum complensione concitauero. Quod autem scribis de rebus Colacinatis Phœnicis illius nostri, conatus videri licet ipsius pios, in iuuandis bonis literis, varijs fortunæ procellis expositos esse, eumq; duriter exerceri in humanitate hominum inhumanissimorum, & à literis alienissimorum fautor mihi deesse verba quibus dolorem meum exprimam, quem concipio ex hoc ipsius afflictissimo statu, & ex hoc veluti fatali quodam incendio & ruina bonarum literarum, & Scholarum, quæ cum maximè efflorescere debebant, hoc exulceratissimo seculo, ingratitude hominum, aut desertæ ruinam minantur, aut ita frigent, ut parum subsidij ab ijs communi salutis expectandum sit. Nostrum autem est qui in hanc molestissimam stationem, à D E O collocati

K 3

fumus.

sumus, labascenribus literis succurrere, & nu-
tantes nostra industria fulcire, nec propter in-
gratitudinem hominum amuforum, honestum
studium propagandæ cœlestis doctrinæ & alia-
rum liberalium artium deserere, sed quemad-
modum hi quorum nauis dubitans, hesitans,
circumspectans, in immenso vehitur mari, ne-
quaquam remittunt laborem, fracti sequitua tem-
pestarum, sed remos maiore contentione agitant,
& à D E O perunt, ne ante in ipso cursu obruan-
tur, quàm portum prospicere atque attingere
possint: ita nos in his asperitatibus temporum
& difficultatibus rerum, non abiciamus ope-
ram studiumq; docendi & discendi, Sed ex fon-
tibus Israël, leuationem dolorum nostrorum
hauriamus, & euentum qualiscunq; tandem su-
turus sit, D E O commendemus, cursumq; nos-
trum urgeamus, sancta dicendo, & sancta faci-
endo, sed hæc fortassis pluribus, quàm oportuit.
Quare quod reliquum est, te quam diutissimè,
saluum & florentem valere cupio, utq; squalori
& maciei literarum nostrarum parcos oro. Anti-
doron tibi misissem Vericulos aliquos, quos ta-
men nobis inuitus distulit Apollo, nisi festinus
vestrorum discessus ad describendum illos tem-
pus mihi eripuisset. Ideoq; & de statu meo scri-
bere iam non licet. Iterum vale, decimoquarto
Octobris.

Salutat te Frater meus. Salutem plenam officij &
humanitatis ascribo humanissimo viro, Domino P E A-
T R O B A R O S S I O.

A D O P T I V V S.
NICOLAUS COLACI-
NVS, AD DOMINVM NI-
COLAVM MADER,

Ergo tui Genitor gnari lege credulus ista,
V A L E R I A N I quæ Musa tenella dedit
Ipsius hæc, iudij factum (teneris licet) esse,
Ipsa etiam faciet nostra Cathedra fidem
Multa, sed haud atro sunt cuncta premeuda lapillo,
Qui male non scripsit, nec bene scribet homo,
Sed ni quis ceptum iudeat finire laborem,
Omne quod incepit sponte peribit opus.
Ergo age, vir præstans, nati fac prouche ceptæ,
Præstabis veri sic Patris officium.

B R I C C I V S F O N T I C V L V S.

Tendite nubiferas mea pignora missa per alpes
Atq; vltis, vagi, carpite, versus aquas,
Adiacet his B A M P H I validis circumdata muris
Vrbs. quæ B E C / K O V I A E nobile nomen habet,
Hic spargit iuuenis diuini semina verbi,
M A D E R I V S q; vigil pascit ouile D E I.
Huc vos ire velim, vos hunc inquirere, magnum
Qui decus Aonij dicitur, estq; chori,
Aligeri, septem consurgunt, Cæsaris vrbes,
Nobile quas iactat Pannonis ora decus
Hic vbi turba graui latitans sub pondere terræ,
Eruit artificij sulua metalla manu.
Hinc tibi M A D E R I I, claro de sanguine creto,
In teneros adsunt verba coacta pedes.
Verba: per acrios montes, huc nobile nomen
Missæ salutatam, V A L E R I A N E, tuum:
K 4

Ecquid adhuc memori nostrum fers pectore nomen?
 Excidit ex animo BRIGGIUS annè tuo?
 Tempore perpetuo, partos, constanter, amicos,
 Pectore Theseo nos coluissè decet.
 Ipse prius paribus volitare per aera pennis
 Grande pecus cernas dulcis amice, bouem,
 Atq; vagum tepidos sua cornua flectere ad ortus,
 Quam dilecte, tui non memor esse velim.
 Sed iam CREMNICII degens ad Caesaris urbem
 Fortè quid hoc rerum tempore, quæris, agam?
 Condo leues quandoq; elegos, puerosq; tenellos,
 Qua fieri, doceo, sedulitate, potest.
 Si tamen hac superi vellent me cedere ab vrbe,
 Nil animo posset gratius esse meo.
 Nam mihi non sacra fas est in Apollinis aede,
 CREMNICII studijs incubuisse bonis,
 Scilicet ingenuus dum raro prælegat artes,
 Atq; magis Bacchi pocula Rector amet.
 Hei mihi quam vereor studiorum damna meorum,
 Ne accedente breui tempore magna luam.
 Quippè sacris, nosti, Musis addictus & ipse,
 Ille suis studijs commoda quanta ferat,
 In ludo docti qui pendes ab ore Magistri,
 Illius & viuos haurit ab ore sonos.
 Contra, quanta ferant incommoda sæpè videmus
 Qui præceptorum destituuntur ope.
 Sed nunc hæc elegis ad te scripssisse sat esto
 Præstaret coram dicere plura tibi
 Viue valeq; senis longos in Nestoris annos
 Gloria Pierij VALERIANE chori.
 Utq; sciam nostri memorem te nominis esse,
 Cum poteris rursus scribere, scribe mihi.

 VALENTINVS HELNE-
 RVS, CORONAEVS.

Ecce probe longo fueras mihi cognitus vsu,
 Nunc repetis patrios VALERIANE lares
 Diuidimur, nexus nec spes est vlla futuri,
 Crede tibi dentes, sine carendus ero.
 Spes est illa tamen vitæ bene firma futuri,
 Sed nimium longa nititur illa die.
 Tunc iterum nostræ cingemur tegmine pellis,
 Tunc oculis redtar, VALERIANE tuus.

 NICOLAUS MEDNIENSKI.
 VALERIANO MADER, NOMI-
 ne CASPARIS MRZIGLOD, Misnia-
 ceni, præpositi Ecclesiæ Wyhelien-
 sis, Christiani.

PRÆ reliquis positus CASPAR, pastoribus, ille
 Hæc tibi me iussit reddere verba metris:
 Munia diuini si vis ambire ministri
 Te volo sacratos, summere velle, gradus.
 Teq; velut par est ad munia tanta vocabo,
 Vox hominis fiet, solius illa DEI.
 Nil opus est alium te consultare Magistrum,
 Tu tibi quod sanum est consuluisse potes.
 Est (fateor) fas velle suo parere Magistro,
 Sæpè tamen curis lassus incepta monet.
 Laude quod est æquum, vel honesto nomine dignum,
 Id nisi vafano displicuisse nequit,
 Ergo tuus Genitor, quod ego, si suaferit illud,
 illius & monitus te iuuat ire meis.

Testibus his binis legatus habebere verus,
 Si criticos, aptus, nos fore, reris, eris
 Insuper, unanimi volet hoc Ecclesia sensu,
 Nuper in hac curis vrbe dicata meis.
 Cur igitur cupias plures absciscere testis
 Nescio, sat binis, aut tribus esse scio,
 Diuersi diuersa viri tibi sensa recludent
 Si diuersa meis, tunc remouebor, erunt.
 Nunc docti iuuenes, & idonea turba virorum
 Munus vt his tradam, quod tibi trado, rogant
 Sed te præ reliquis nobis adiungere vellem
 Hunc animum grata mente repende velim.

ANDREAS WERNER,
 NOVISOLIENSIS, VALERIA-
 NO MADER, TRENCZINIENSIS,
 ad Ministerium verbi diuini confirmatio,
 scripsit tertio Calend. Aprilis,

Anno 1582.

VALERIANE mihi cum sis modo factus amicus,
 Qui mihi non oculis ante videndus eras
 Iure queas à me quoddam deponere munus,
 Et signum quod te non simulanter amem,
 Ast me coelati non est penes æris aceruus,
 Nec mihi donorum copia magna domi est:
 Quid tibi si tenui properatum Carmen auena?
 In fidæ donem pignus amicitie.
 Scilicet id faciam, nec enim dubitare necesse est,
 Quin facias, hæc sint qualiacumq; boni,
 At rude quid querat Carmen sibi, querere noli,
 Gratari cupio VALERIANE tibi;

Quod

Quod DEVS ad sua te nuper vineta vocarit,
 Quorum cultorem te relit esse suum,
 Vt sibi voce tua plantaria confita surgant,
 Quæ sint in laudes officiosa suas,
 Nam DEVS hac gaudet nosci ratione coliq;
 Hoc & conseruat sine ministerium.
 Non contentenda est igitur tibi gloria parta,
 Cuius cælipotens vtitur officio.
 Hic tibi concedat sanas in corpore vires,
 Et seruum verbi te sinat esse diu.
 Successumq; tuus, clemens, conatibus addat,
 Vt per te crescant cælica regna magis,
 Vt fiant plures qui viui, aut funera passi,
 Perpetuo laudent nomen honore DEI.
 Hoc tibi depromptum fido de pectore votum
 Nuncupo, sis memor vt VALERIANE mei.

CONDITIONES BONI PASTORIS
 AC MINISTRI ECCLESIAE, EX DIVI
 Pauli Apostoli Epistola ad Timotheum, priore
 Capite tertio deceptæ, & in gratiam Clarissimi atq; Piissimi
 viri, Domini VALERIANI MADER, Tren-
 czintensis inuitandi factis, carmine Pha-
 lecio comprehensæ.

AUTHORE PETRO BAROSSIO,
 à Bellus, Notario ciuitatis Trenczi-
 niensis, fidelissimus.

MOres qui deceant pios ministros
 Id Paulus breuiter docet beatus,
 Dicens: sit sine reprehensione,
 Quisquis CHRISTE tuo præest ouili,
 Non vitam sibi cælibem furenter
 Proponat, sit at vnus thori vir.

Et

LIBELLVS

Et munus vigili labore tractet,
 Verseturq; loco modestus omni.
 Seruans hospitij sacra iura,
 Doctus fiat & aptus ad docendum,
 Non vini rapiatur hic furore,
 Nec lucris inhiet malis auarus.
 Non sit verbero, seruet aequitatem
 Disponatq; domum suam decenter
 Subiectos sibi liberos habeat,
 Omni cum reuerentia atq; cultu.
 Sit rerum minime rudis sacrarum
 Cultor religionis & nouellus,
 Inflatusq; superbiam cauebit,
 Ne casses cadat in calumniantis.
 Hæc sint, VALERIANE, norma ritæ,
 Hæc sint ceu speculum actuum tuorum,
 Hos PAVLVS serie breui recenset
 Mores qui deceant pios ministros.
 Facti & dati domi meæ, die 5. Martij,
 Anno 1582.

ALIVD.

IN LAVDEM SACRI MI-
 NISTERII, SCRIPTVM A NI-
 COLAO MEDNIENSKI, ILLAVEN.
 Secretario Magnifici Domini, Domini LADIS-
 LAI BAMPHI, de Alfo Lindua, Ma-
 gistri agazonum Regalium per
 Hungariam, &c.

V T maneat viuax, tentat sublimia virtus
 Cuius edax, superat secula longa, labor.

Nobile

ADOPTIVVS.

Nobile nil adeo, tentat sublimeq; virtus,
 Vt sudore sagax altus ire queat.
 Quam si cœlestis doctrine munus amabit,
 Dignior hac nullus sit statione status.
 Ergo tibi talem, frater, gratamur honorem,
 Gratus honos, grati quem peperere viri:
 Nam, velut es dignus BAMPHI Generosus amat te,
 Laus est dilectum Principis esse virum.
 Dignus ut es, digne te laudat nobilis aula,
 Nobilibus notus notior esse solet.
 Munera te charitum charum fecere quibusq;,
 Namq; hominem doctum quisq; fidelis amat.
 Charus es ingenij quia polles dotibus amplis,
 Charior officio, quod modo sumis, eris
 Hoc ut sit felix deuota mente precamur,
 Deuotas audi, CHRISIE benignæ, preces.
 Ac iussu Domini quia debes esse viator,
 Carpe DEO felix auspice, frater, iter.
 Sacra tibi faustis currat fortuna quadrigis,
 Vt saluus nobis ire, redire, queas.

ALBERTVS SICKIVS,
 VENERANDO VIRO, DOMI-
 NO VALERIANO MADER, in sui
 memoriam scribebat 5. Calend. Aprilis,
 Anno Christi 1582.

Qvi petit officium spargendi semina verbi,
 Cœlitus allati, rem petit ille bonam.
 Nam fons doctrine DEVS est cœlestis & author
 Doctores fructum quo tribuente serunt

ille

Ille ministerium seruat, regit ille ministros
Vt non sint iræ vasa, sed apta DEO.

Humanis quanquam diuina vocatio neruis
Est impar, facilis fit moderante DEO.

Sed tu funde preces imò de pectore ductas,

Et presta officium, VALERIANE, sacrum,

Quem DEVS vt latis presens successibus ornet,

Vota illi supplex, corde gemente, fero:

Sic procedat opus faustum, sic mensis opimæ

Auspicium, felix sic tibi finis eat.

IOANNES IESSENSKI,

Vratislaviensis.

IN CHRISTO sanctè qui vult traducere vitam
Cogitur in mundo multa dolenda pati

Multa pericla velut patitur qui trans mare currit
Ni reprimat tumidas, nauita CHRISTVS, aquas,

Hoc duce tutus eris, contra MADERE, furorem,

Et mundi strepitus, hoc duce tutus eris.

GEORGIUS BVLGAR,

VALERIANO MADER.

VAde salutem mea litera VALERIANVM
Qui manet in patria Trenczinij, inq; Schola.

Salue Pieridum decus & pars Trenczinienisium,

Ex animo semper prospera cuncta precor:

Desine flere tuos infelices hymenæos,

Desine, mi frater VALERIANE, rogo.

Quòsemel est factum, tibi quod semel est & ademptum
Iam valeat, lachrymis mitte rigare tuis.

Est ea dempta tibi licet optatissima virgo,

Inuenies aliam, qua potiare, cito,

Alter

Alter habet quod tu voluisti frater habere,

Quare? ni quia tu desidiosus eras?

Nemo potest hominum Dominis seruire duobus,

Alter amat Venerem, Pallada & alter amat.

Pallada quisquis amat, Venerem postponat oportet,

Namq; Venus Musis est inimica bonis.

Qui selamare vult, non impalescere chartis,

Non studijs debet se cruciare nimis.

Tu quia commissam tibi formas arte iuuentam,

Instruis & castis moribus vsq; piam.

Haud potes & studijs & amori deditus esse,

Quodq; magis curas negligis alterutrum,

Adde quod in iustis sunt omnibus omnia fati

Tradita, disponit quæ DEVS ipse potens,

Non DEVS hanc vlli sociabit fœdere lecti,

Quam tibi seruat adhuc, si modò credis ei,

Non paries cupias HELENAM qui obtingere pul-

Xantipem quæculam suscipe Socraticam, (chram,

Hanc vis quæ non vult, quæ vult hanc respuit, illam

Sed cape te quæ vult, virgo pudica, virum.

Sit pietat' amans modò, casta sit, atq; pudica,

Formam ne specta, tu neq; diuitias.

Hec nunc plura alias properabat nuncius, his tu,

Obsecro, frater, ne moueare, vale.

GEORGIUS BVLGAR,

VALERIANO MADER.

SALVE VALERIANE MADER, quo Trenczinienis,

Publica res gaudet ritè regente Scholam.

Ad tua responsam tibi quod BVLGARIVS ille

BANNOVII regitur quo Schola mittit, babe.

Grata

Grata tibi quod sint mea carmina dulcis amice,
 Accipis & grata quod mea Scripta manu :
 Est mihi per gratum, quid enim mihi gratius esse,
 Quam mea laudari, carmina blanda putem ?
 O mihi prae reliquis vnus memoranda sodalis,
 Quem candor, studium, quem mihi iunxit amor.
 Te reliquos inter colui, te semper amore
 Cognoui fratrem me coluisse pari,
 Quando meis mihi tu fueras in rebus Asylum,
 Aut mea cum fuerat commoda Musa tibi
 Tunc sat vterq; pari respondebamus amore,
 Et fuit inter nos par studium, atq; labor.
 Alter in alterius veniens Musæola Zolite
 Aut spaciaturi flumen ad vsq; vagi :
 Contulimus varijs de rebus, seria dulces
 Miscuentes inter quandoq; blanditias
 O mihi nunc talem spaciari vespere campum,
 Atq; suburbanos cernere fonticulos,
 Illis cum socijs studium quos iunxerat vnum
 Conseruant mecum qui mala quæq; pati.
 Heu mihi distractos quis consociabit amicos,
 Vna quibus cordi Lex pietasue fuit.
 Interea quosdam nobis vicinia iunxit,
 Disiunxit sed & hos montibus altijugis.
 Quos (veluti te cum primis, mi VALERIANE)
 Nunc quia non nobis visere posse datur.
 Carmina nostra, bonis, nostram testantia mentem
 Cum tibi, tum reliquis, fratribus, ista damus.
 Assuerit istic nostrorum forsitan ante
 Pars studiorum, qui pars & amoris, erant
 Omnibus his ex me multam refer, oro, salutem
 His studium quoq; dic officiumq; meum,

Esti

Esti forte mero & poculis certare repletis
 Contigerit. letos, fac meminisse mei.
 Præbibo, BVLGARII, dicat tibi nomine, quisq;
 Noster BVLGAR adhuc viuat vt ille diu.
 Id qui præstiterit fidum mihi semper amicum
 Sese, meq; sibi credat vbiq; fore,
 Iamq; vale longos viuens in Nestoris annos
 Et patriæ flores vtilis esto tue,
 Et reliqui valeant bene nostris semper amici
 Inq; pia positi sint statione viri.
 Te rogo, si quid habes rerum perscribere nouarum
 Deq; tuis rebus certior esse velim,
 Ad calcem, fac emens mihi mittas pignus amoris,
 Fac mercaturæ me quoq; participem.

NICOLAVS MEDNIENSKI,
 VALERIANO MADER.

Hæc mea doctiloquo tradatur charta MADERO,
 Hic vbi Trenczinij Mœnia amœna patent.
 Tu formas elegos quicquid conscribere mens est,
 Te magis haud dubie, Phocidos vnda iuuat.
 Fingere si quicquam conor, sermone soluto
 Vix possum iustis reddere verba sonis,
 Ergo quod è tenui gignis bona pignora sensu,
 Me crasso pudor est (arguis) ore loqui.
 Scilicet ex vno quod & hausimus amne liquorem,
 Cultius ergo decet me quoq; verba dare,
 (Sic meditare scio) sed enim fatearis oportet
 Me, te, si possem velle præire, sequor,
 Te paribus (fratrem tolera) contingere plantis,
 Non valco, tamen i. sed moderare, cado.

L

Solicitis,

Sollicitis, mea chara parens, obnoxia curis,
 In varias præceps labitur ægra vices.
 Sospes & hac releuatur, & hac magis macret in hora,
 Ista frequens remeat, rarior illa venit.
 Anxius afflictam dum sic dolor occupat, illi
 Tristitiæ iubeo ponere signa, facit.
 Et monet, assidua lachrymandoq; voce fatigat,
 Vt mala qua possem parte leuare, leuem.
 Multa, refert, multum me cura domestica torquet,
 Nec bene continuus cedit vbiq; labor,
 Iudicis iniusti trux me sententia terret,
 Vndiq; dum à multis in sua iura trabor,
 Rarò vides victrix vt inops fors a femina portet,
 Non lex iustitiæ iure, sed ære, datur,
 Vt queritur, sic condoleo, tu compatiaris
 Fertur vt à multis fors ita seua labat:
 Scilicet hic mira depellit vt arte nocentem,
 Sic à se remouet baiulus ille grauem,
 Si potes ergo meos conatus prouehere, fas est,
 Promeret auxilium charus amicus homo.
 Heroas placet officijs deuincere, ius est,
 Si pius est, dicis, aulicus ipse placet.
 His qui me genuère libet succurrere par est,
 Antipelargian dans, bona cuncta tenet,
 Tu sed vt optatum liceat pertingere portum,
 Fratri qui nimium fluctuat, adfer opem
 Conueniens fac vt hanc personam functio tangat,
 Nolo, scias, vt iners docta licæa, regam.



EGREGIA VIRTUTE,
 DOCTRINA ET IUDICIO
 ornatissimo viro, Domino NICOLAO
 MADER, Trenczinij Ciui prudentis-
 sissimo, & studiorum Mecœnati longè
 humanissimo, Patronoq; suo plu-
 rimum honorando, GEOR-
 GIUS BVLGAR, Ban-
 nouienfis.

Salve, doctrina vir præstans, iudicioq;
 Virtutum nec non dotibus aucte pijs,
 Salve, Mecœnas studiorum, ac artis honestæ
 Laus, & Apollinæ gloria magna domus,
 Salve, prima suos inter cui gloria Ciues
 Debetur, tribui debet abundus honos.
 TRENCZINI quo ciue diu Respublica floret,
 Origeat semper talibus illa viris,
 Est sed causa mihi, vir prudentissime, cuius
 Ad Dominum causa nunc properanter eo,
 Ante tamen cogor patronos quaerere cause,
 Quæ pia, quæ leuis, & non inhonesta mihi est.
 Hanc rogo cognoscat tua vir prudentia primum,
 Et me consilio, iudicioq; iuuet:
 Siq; potest, Dominum non dedignetur adire,
 Atq; patrociniū quod, ferat, oro, potest,
 Entibi dextra fidesq; meæ, dum Spiritus artus
 Hos reget, & donec vita superstes erit,
 Nostra tuas laudes, famam nomenq; perenne
 Carmine Castalio casta Thalia canct.

NOBILITATE ET EXIMIO VI-
RO, DOCTRINA, SAPIENTIA,
& virtute prestanti Domino, NICOLAO
MADER, Cui iurato liberæ Ciuitatis
Trenczinienſis, in furijſ Pac. hii morbo ar-
ticulari correpto, Domino Compatri &
Patrino ſuo officioſè colendo,
GEORGIVS CHOTESZ
SOVIVS ſecit.

Quando alij cingunt cornu is tempora laruis,
Et choreis aptant preſſas ſub poplite ſurſus,
Ha quoq; ridentes geminant. & pocula ſiccant,
Tu caput obuoluis panis, tu crura reuincis,
Sic medica medicans ardentis art: dolores,
Tu reficis tenui ſitientia guttura potu
Ingeminans obe, obe. & luctibus ora reſoluis,
Haud ſecus atq; iacens ad diuitis oſtia pauper,
LAZARVS. egrotto gratantes lumine cernit,
Ipſe expers lati, at capitur dulcedine lethi,
Tu quoq; ſic alios cernis modo triſtis ouare.
Felix ô nimium felix, qui talia paſſus,
Haud fremis aduerſus Dominum, ſed talia paſſus
Agnofcis peccata. tibi crediſq; remitti
Soliuſ ob dulcis merita & pia vulnera CHRISTI
Corpore in infirmo tua cum fiducia firma eſt.
Dulcia cœleſtis guſtat ſolatia vite.
Corpore ſic igitur pateris, non mente dolores,
Viuida mens. ignara mali mens. neſcia lethi
Gaudet, & hæc merito poterit proſperrima dici,
Contra at ſunt vani vaniſſima gaudia mundi.

Mortis

ADOPTIVVS.
MORTIS CVM GEOR-
GIO CHOTESOVIO,

forti ac ſtrenuo milite CHRIS-
STI, Colloquium.
Mors.

Mors ego quam toties audebas ſpernere, tandem
En victrix de te læta tropæa ſero.
Mortuus.

Deſine Graſſatrix tibi me victum eſſe ſateri
Is victus? CHRISTO qui caret, atq; fide.
Mors.

Quid prodeſt docuiſſe rudem ſacra dogmata plebem
Pectora quid ſtultiſ excoluiſſe ſacris?
Mortuus.

Exemplis viuâq; DEVM ſum voce profeſſus
Iam me, quem docui CHRISTVS ad aſtra ſeret.
Mors.

Ipſum te lactas. & ſpe ſolaris inani
Cum tua mox gelidæ membra dabuntur humo.
Mortuus.

Me mea non ſallet ſumme ſpes fixa tonanti,
Promittit verus non niſi vera DEVVS.
Mors.

Dic mihi num velles mundi ad connexa reuertî
Et longos vitæ rurſus habere dies?
Mortuus.

Naufragus vt tumidas optat maris ire per undas
Opto mundana ſic ego luce frui.
Mors.

Ergo putas morem tibi iam non eſſe timendam
Meq; in te reris iuris habere nihil?

Mortuus.

*Sic puto, nam CHRISTI roscosum sanguine lotus,
Qui fregit victor lurida colla tibi.*

Mors.

*Te ne putas superas venturum rursus ad auras,
Inq; tua summum carne videre DEVM.*

Mortuus.

*Parta mihi credo per CHRISTVM gaudia cæli
Inueni portum, mors Satanasq; vale.*

MARTINVS HRABOWSKI, ALIAS DOLEVINA
Trencziniensis, suo charissimo Sympatrio-
tæ, VALERIANO MADER, na-
uigio in Patriam abeunti,

Anno 1580.

MArmoreo quoniam committere carbasæ Ponto,
Atq; cupis rapidis tradere vela notis,
CHRISTE precor sæuos Boreæ compestito fluctus,
Ne pereat nimis obruta nauis aquis,
Cymodoceq; rati præsit securius astrum,
Dicitur hoc nautis in freta dira potens,
Injice vincla notis tranquillo vt numine currant,
Tangat et optatos fessa carina sinus
At tu me simili, quo te MARTINVS amore
Prosequor, obserues, VALERIANE, vale.

Ad eundem.

IMARTINVS HRABOWSKI.
Intellexi ex vitrico meo, charissime Valeria-
ne, te ad munus Synergi in Schola patriæ nos-
stræ.

stræ, legitime acutum esse, quod cum auditu
mihi fuerit iucundissimum, non potui inter-
mittere, quin tibi congratularer. Nam sicut amio-
corum malis condolere est pietatis, sic Igitur illo-
rum congratulari est iudicium beneuoli & non
fucari animi. Gratulor itaq; tibi optime Vale-
riane, de hac tua statione, ac simul DEVM oro,
vt tibi adfic, successum donet, deniq; cursum
tuæ vocationis feliciter regat, & ad nominis sui
gloriam Ecclesiæ ædificationem labores tuos
prouehat. Tu modò da operam, ne sis alios
pluros, talentum tibi concreditum diligenter
exerce, & sparram quam nactus es orna, vide
etiam, vt pia institutione iuuenturis, eam ad
CHRISTVM adducas, eiq; ex hoc pusillo gre-
ge quam plurimos lucrificas, quod opus omni-
um missificatorum, sacrificulorum & monacho-
rum omnia opera excedit. Deinde quoniam
Pedagogorum fidelitas nunc ferè vbiq; alger,
& pauci sint, qui officij sui habeant rationem,
priuignum meum, qui olim quoq; sub tua fuit
disciplina, ad te mitto, eumq; in tuam fidem
& clientelam commendo, teq; peramanter ro-
go, vt curam eius geras, in eum animaduertas,
ne inaniter tempus, quo nihil præciosius terar.
Mores eius sunt tibi perspecti, fac itaq; vt fe-
rocia eius aut mitigetur, aut omninò leuerrare
excutiarur :

*Est opus ardentem frenis arcere iuuentam
Nec sinere in mores luxuriare malos.*

Hoc si feceris, sicut iam te facturum vel fecisse credo, ego ipse, me abs te non mediocri affectum beneficio iudicabo, & pro hoc officio mea vicissim studia in te promississima & paratissima semper constabunt. Pluribus ad te scripisssem, nisi promittendo animi tui erga me & meos, mihi optime esset cognita. Dominum parentum tuum, bonum illum & pium senem (cui vtriam nostram Respublicam multos habet pares) meo nomine addictis simul meis officiis, officiosissime salutaris, quem ut DEVS sacrum dierum in æternam Patriam ad se transferat, ardentibus gemitibus oro, ubi omnes DEVM sine fine videbimus, sine fastidio amabimus, sine fatigatione laudabimus. Cum his feliciter vale. In Dubowicz, quinto Aprilis, Anno Domini 1581.

Martinus Hrabowski, aliàs Dolcum
Trencziniensis, tuus ex animo
& sine simulatione.

ECHO GRATULATORIA.
IN FELIX CONIUGII
AUSPICIVM REVERENDI
atq; docti viri, Domini VALE-
RIANI MADERI.

Authore
NICOLAO MEDNIENSKI,
fratre consobrino.

Evge maritalis quot erunt mihi commoda vite
Caelibe mutata: grande levamen Echo: Amen.

Ergo faues Echo, dic ò resonabilis Echo
Qualiter hæc dulcis vita fit oro? (Echo) thoro.
Es Dea. fortunatus ero sub iure iugali?
Nam genus hoc vitæ dulce fateris (Echo) eris,
VALERIANE nouo Doræ faciens amore
Constat amore thorus, tu bene fide (Echo) fide,
Aspice DOROTHEAM facie candente maritam
Hac ego. dum maret cor mihi, Jolor (Echo) olor.
Dornula chara mihi nunc his amplexibus aësis,
Quisquus es inuidiam ferre caueo (Echo) veto.
Hæc, Echo. mecum sortem portabit eandem
Sive serenabit, siue tonabit, Echo, abit.

EPITHALAMION
EIDEM SCRIPTVM, A RE-
VERENDO DOMINO, GEORGIO
BECZKOVIENSI, PRAEPOSITO
Wyheliensi dignissimo,

Anno 1582.

Ecquid Musa noui? quid queso iubila dicunt?
Tantaq; leticiae quid sibi signa volunt?
Heu quid tam vultu redijt: nunc ecce sereno
MADERIVS, causam dic mihi Musa velim.

Musa ad Authorem.

Leticiae causam, reuerende Pater, tibi pandam,
Et repetam plausus dulcia signa noui:
Quapropter tacitas iam iam tu se lulus aures,
Arrige, namq; tibi nuncia grata fero.
Eximius iuuenis: claro de stemmate natus,
MADERVM, subijt pignora sacra thori.

*Causa noua est hæc læticia, vultuq; sereni
 Populat hoc præsens hora, diesq; nouus,
 Vir venerande tuam frontem vultuq; serenos,
 Erige, & hunc sponsum mente foueto, nouum
 Excipias lætos, sponsum sponsumq; pudicam,
 Vt decet, & manui iunge repente manum
 Duc age tendentes hos vestras lætus in ædes,
 Atq; hilares vt sint, hos recreato mero,
 Hoc sponsi pietas, studium, virtusq; merentiur
 DOROTHEAE mores, mensq; pudica piæ.*

Author ad Sponsum.

*Salue VALERIANE mihi venerande Synerga
 Salue inquam fratris semper amate loco.
 Gratulor, o felix meritò iam diceris esse
 Quod nunc optatum limen adire licet,
 Præ reliquis pariter felix tu diceris esse,
 O tam præclaro Dornula iuncta viro.
 Belle res cecidit votis quod sæpè petebas,
 Intras iam thalamum VALERIANE tuum.
 Hic vbi sæpè suum coniunx complexa maritum
 Datq; suo raptim basia nulle, viro
 Felix nunc iterum felix hæc diceris esse,
 VALERIANE, thori qui noua vincla subis
 Viue igitur felix, felicia tempora vite
 Nestoris atq; annos continuato, precor.
 Det vobis CHRISTVS multas numerare Calendar,
 Amborum firmus pectora iungat hymen
 Lisq; inimicitie procul & discordia cædât,
 Atq; sua dulci prole replete domum.*

Albertus

ALBERTVS HVSSSELIVS,

VALERIANO MADER.

ET magna petis, mi Valeriane, & subitò.
 Non est mihi copia Disputationis illius contra choreas, nec tempus recogitandi argumenta præcipua. Nam ego cum viderem eam consuetudinem ducendi choreas aded iam inualuisse, ve nec meis, nec tuis, nec alterius hominis rationibus prohiberi possent, cum habeant ingentes Patronos, pessimi Tyranni consuetudini se accommodantes, iam sermè intermisi etiam de his rebus vanè concionari aut rationes vel argumenta contra choreas meditari. Satis est quod ipsimet chorearum Sectatores ore suo restantur eas nihil vtilitatis asferre, quin imò sine praua concupiscentia accidi non posse, sunt enim corruptela iuuentutis & vana oblectamenta carnis, nunquam digna vel competentia viris grauius, at pueris insensatis, viris ebrijs, & similijs æsopis, alioqui virum sobrium vix vnquam salutare videbis, nisi sobrius idem amoribus illicitis & concupiscentiarum flammis ebrius fuerit. Hoc vrge, hoc tuere, nec lætum concedas vnguem. Præcipuum verò sit hoc argumentum, Quod quæcunque incendunt libidinem, non possunt honesta dici, neq; approbari, tanto minus concedi, si quis vrgeat exemplum Dauidis, si virginum, si marronarum choros ducentium in Biblijs, quere de causa efficiente & formali, & finali. Videbis efficientem, læticiam fuisse propter victorias vel alia eximia dona DEI.

Fora

Formalem, solas fœminas, Finalem, honorem
 DEI, modernarum chorearum efficiens causa
 est, libido & gaudium carnale. Formalis, ex
 utroq; sexu periculosa permixtio. Finalis, volu-
 pras ipsa, nequidem semel diuinæ laudis me-
 mor, ac planè libidini sensuum se accomodans,
 quæ auribus, oculis, tactu, &c. sentitur in cho-
 reis istis Herodianis. Intelligenti satis dictum.
 Plura si scire voles, ad me in Mercatu proximo
 Diui Laurentij veni, existimo enim Notarium
 oppidi nostri copiam, meæ Disputationis habe-
 re, cuius copiam tibi tunc daturus est inspiciens-
 dam, sed non puto auferendam. Vale ac me ama.
 Datum Priuidiæ, in crepusculo diei tertio Au-
 gusti, Anno 1580.

IOANNES PRVNO,
 VALERIANO MADER,

S. P. D.

PLuribus tibi commendarem Valeriane cha-
 rissime, doctissimum hunc virum, Joannem
 Fabriciadem Aruensem, si vel temporis quod
 ad scribendum conceditur, angustia vel dona
 ipsius eximia quibus ornatus est, id paterentur,
 aut à me exquirerent. Vt enim nihil de pietate
 ipsius singulari dicam, quæ tanta est, vt reuera
 domicilium & templum Spiritus sancti dici &
 esse possit, nihil de insigni eius eruditione scri-
 bam, quæ tanta est vt mihi persuasum omnind
 habeam. cum Ecclesiæ DEI emolumento & Pa-
 triæ nostræ ornamento futurum, si æternus

Quem
 nunciat-
 godium
 Pastorem
 gaudet
 habendo.

DEVS diurniorem huius lucis vsuram ipsi
 concesserit: Vt inquam nihil de his omnibus
 hic adijciam, hoc certè fateri possum, quantum
 ex hac breui conuersatione intelligere licuit, vir-
 tutes in ipso excellentes ac prope diuinas esse
 singulas & vniuersas. Neq; hoc solius meum est
 iudicium, sed & honestissima inclyræ huius
 Academiæ testimonia ipsi concessa de his abun-
 dè lectorem docere, & ipse de se locupletissis
 mustestis esse poterit, quem tu quidem vel pri-
 ma fronte, ex mutuo Colloquio facillè vt Leo-
 nem ex vngue agnosces. Cum itaq; de rebus
 maximis factus sit tacere, vt ille de Carthagine
 dicebat, quàm pauca loqui, commendationem
 reuerti huius viri abrumpo. Nolo enim nimius
 esse laudum alienarum ebullinaror, cum & alios
 commendare sit periculosissimum. & in multis
 loqui veritas periclitetur. Hoc saltem te oro, &
 meo & ipsius nomine, vt eum tibi commenda-
 tissimum habeas. & in numerum amicorum tuorum
 coepres. Ad extremum illud etiam te aman-
 ter & vehementer rogo, vt dulcissimum ad me
 scribendi officium in te iure & merito deside-
 rari non patiaris, quin potius & me ad scribend-
 um inuites, & si quid fuerit, quod mea inter se
 scire, me certiore facias. idq; quam primam.
 Neq; hæc idè scribo, quod de singulari tua &
 contanti erga amicos fide addubitem, sed quia
 ita mos est rogandi. Benè vale, & me tibi com-
 mendatam habe. Vitebergæ, quarto Septem-
 bris, Anno 1581.

LIBELLVS

Salutem plenam officij & humanitatis ascribo,
ornatissimis & amplissimis viris, Domino
Parenti tuo, & Domino Simoni Iessensi, item
Domino Petro Barossio.

O utinam nostri proferret temporis etas
Prunones plures Fabriciosq; pios
Gloria tunc vasto diuini nominis orbe
Cresceret in Tempus cresceret inq; Scholis.

MATHIAS CARTHICIVS,

VALERIANO MADER.

NE crucient longo vigiles te examine curæ,
Qua patria. aut quo sim de Genitore satus.

» Non ortus, morum ratio nobis sed habenda est,

» Ingenij dotes stemmate pluris erunt.

Huic decus aeternum partum est, Gryneus Apollo,
Pocula cui claræ plena ministrat aque.

His etenim fies toto memorabilis orbe,
Crescit post cineres his quoq; maior honos.

Hinc mea me tibi non commendat Epistola : peccat
Qui commendandum se putat esse suis.

Tu sequeris montem, gemino qui vertice surgit,
Et mihi Castalio fonte bibuntur aque.

Sunt Muse nobis comites, & carminis Author,
Sunt hausti versus Phocidos amne tibi.

Figimus ad decus vt paribus vestigia curis,
Sic virtutis idem calle teramus iter.

Sic virtute pares memori superabimus æuo,
Sic ambos virtutis eximat alma rogo.

Vt splendet fratris Latonia lumine tacta :
Et per nos nos ter sic tueatur honos.

ADOPTIVVS.

Lumina subtraheret si Titan clara sorori,
Num Phæbe lucem posset habere suam ?

Sic quoq; ne fiant nostræ dispendia fame,
Nos decet alternis laude præire modis.

Hæc sunt, quæ nostra volui te voce monere,
Iam portum tenco, VALERIANE, vale.

Hæc vacuis animis, hæc excute, & exige tecum :
Qui sim, non quo sim de Genitore satus.

MATHIAS CARTHICIVS,

NOVISOLIENSIS, VALE-

RIANO MADER S.

Opto tuis gregibus contingant pascua læta,
Vt facti fiant vbera lacte sacro.

Opto ita lina trahas, sacris operatus, in altum
In tua quo multus retia piscis eat.

Carmina, quæ memorant sacri sacra munia Mystæ,
Sunt hodie nobis nomine missa tua.

Illæ notant morum fastigia summa tuorum,
Atq; status cursum VALERIANE, tui.

Vtpote quæ deceant operatos sacra ministros,
Conueniant capiti quæ tegumenta pio.

Edidit hæc P E T R V S B A R O S S I V S ore disertio,
Facundo rectitens Mystica sacra meo.

VALERIANE, tibi meritas sero carmine grates,
Carmina misisti quod prior ipse mihi.

Nam tua qua ratione magis manuscula laudem,
Quam si pro numeris verba ligata feram ?

Quid, recolens Heliconæ, potest transmittere manus,
Munera Cyrrhæo quàm perarata lacu ?

Ergo D E I numen sancta inter dona precatus,
Limina conspergas iheris odoræ sacra.

Hinc inter populos suggesto nixus eburno,
 Agmen suppositum luminis orbe legens,
 Verba tona legis, casus reetricis ad omnes,
 Vt pietate rudes conficius error agat.
 Inde tenax fidei quod sit DEVS aetheris alti,
 Ex adytis vatium carmina vera canens,
 Quod venia indulgens semper sit numen Olympi:
 (Parcis, cum possit laedere iure DEVS.)
 Qui vitia abijciunt, & habent à fraude regressum,
 In Domino his semper statq; manetq; salus.
 Ad normam hanc rediges si tu sacra membra sacerdos
 Qui verè ducat callis in astra docens,
 Ritè pius rerum cultor potes esse sacrarum,
 Contusis animis caelica iura ferens.
 Sic tibi, sicq; tuis producant licia parca,
 Sic facunda tuo Pallas ab ore fluat.

PROPEMPTICON.
 REVERENDO AC VIR-
 tute conspicuo viro, VALERIANO MA-
 DER, Pastori animarum in Cri-
 polcz, &c. eunti rerum suarum
 causa Trenczinium.

SCRIPTVM A MATHIA CARTHICIO
 Nouifoliensi, amoris ergo, Anno 1586.
 Die 10. Ianua. in Malaczka.

QVò fugis aut quanam hæc animo sententia surgit?
 VALERIANE sacro non malè note choro,
 Vt Consorte thori, coetu CHRISTIq; relicto,
 Frigoribus medijs ingrediare viam?

Cernis vt excipiat pisces Hyperion aquosus?
 Vt gelidum Bacchi munera frigus edat?
 Respice, quam defusum tacitarum vellus aquarum
 Defluat in vultus, defluat inq; sinus?
 Aspice rorantem nasum, barbamq; rigentem
 Frigore, & in glaciem flumina versa nota,
 Annè vides, venti terras vt turbine perflent,
 Vt Borcas rigido mugiat ore serox?
 Te tamen oblitum flatus hyemisq; rigorem,
 Non prohibet duram carpere bruma viam.
 Heu quid non cogit duris in rebus egestas?
 Peruia quæ nobis inuia quæq; facit.
 Scilicet est dulco, & iucundum propria habere,
 Ipsa ales nidos gaudet habere suos.
 Comoda sed tua ne longo sermone moremur,
 (Qui spectat fratris comoda, frater is est)
 I, ducente DEO, faustus, MADERE, viator,
 Hoc duce felici fidere carpe viam.
 Est cuiuscunq; viæ auxilium DEVS ipse petitum
 Is tanto felix auspice tanget iter,
 Ergo viatorem, CHRISTI te gratia inumbret,
 Atq; tuæ præstet cæpta secunda viæ.
 Sepserat vtq; viatorem iuuenem ales Olympi,
 Sic quoq; te circum castra locare velit.
 Aeolus ingentis ventos premat obice molis,
 Ne superinducant flamina frigus iners.
 Sustineant orbes ferratos flumina tergo,
 Suscipiatq; citas orbita plana rotas.
 Ad cælum duplices subnixo poplite palmas
 Tendo, tuæ poscens mollia sata viæ.
 Sic me iussit amor, sic nostri mutuus ardor,
 Sic suasit pietas, sic pietatis amor.

LIBELLVS

Tutus eas, latus alituum cingente corona,
 Te sacra cum stipent agmina, tutus eas.
 Sic vbi dura via superabis tedia corpæ,
 Et tanges chari limina chara soli.
 BAROSSII cum dextra coherere tua dextræ,
 Pasceturq; tuus vultus in ore suo:
 Illi doctorum Musarum nomine dices,
 Viue, vale, flore, spes in orbe diu,
 Tu decus nostrum, tu Phœbi dulcis alumnus,
 Tu laus, tu sacri gloria magna chori.
 Nec non NICOLEO MEDNENSKI plurima fau
 CARTHICII prima voce precere tui. (sta
 Hos, aliosq; mihi coniungens federe amoris,
 Ut mihi referbant, chare rogato MADER.
 Scribere nos quoq; nunc minime piguisset ad illos,
 Non fuerat Scripti sed seges vlla mei.
 Illorum subiet postquam mea limina Musa,
 Pierijs soluens ora rigata modis.
 Tunc nostro ludent faciles in carmine Muse,
 Tunc mihi Gorgoneo fonte bibentur aquæ.
 Vade, fruente DEO, & cæli præeunte ministro,
 His ducibus felix ire, redire potes.

PROTEVS.

AD MAGNIFICVM DO-
 MINVM, DOMINVM SIMONEM
 FORGACZ, DE GYMES, SACRÆ
 Cæsareæ Regiæq; Maiestatis Cons
 siliarium, &c.

PROTEVS vndistlum primò vertatur in equor
 Hoc marc sit rapidus ventus & aura furens,
 Hinc elementorum turpis confusio fiat,
 Quale fuisse chaos secula prisca docent.

Ex

ADOPTIVVS.

Ex his consurgat saluum referendo colorem,
 Aspectu informis terribilisq; Leo.
 Post niger & liquidum volitando per aëra coruus,
 Horrendamq; fremens tetra sequatur avis.
 Huic ales subeat vario distinctus amitu,
 Iunonis quondam delictæ atq; decus.
 Inde creetur Olor niuco candore coruscans,
 Mox flauus referens cæca terga DRACO.
 Deniq; cum fuerit rubro decoratus amitu,
 Tunc operis finem totius esse puta.
 Pristina namq; DEO species & forma redibit,
 Nec sua mutabit membra decora magis.
 Sic domitus PROTEVS subtili enigmate magnam,
 Magne Baro sacra denotat artis opus,
 Illud opus, quo non habet hic præstantius orbis,
 Quodq; tegunt meritò turba sacrata Sophi
 Illud opus, quod necquiquam plebs improba querit,
 Atq; vltro præceptis in sua damna ruit.
 In gratiam eiusdem Domini luse P. B.
 die 13. Iulij, Anno 1586.

IOANNES MARCI.

Vir reuerende, bonis multum virtutibus aucto
 Et mihi perpetuo fratris amande loco.
 Etsi sum varia curarum mole grauatus,
 Præter longinque tedia magna vie.
 Ne videar tibi synceros tamen inter amicos,
 Improbus & vitæ pars aliena tue.
 Do desiderio gratus quoq; carmina pauca,
 Chare mihi semper VALERIANE, tuo.

M 2

Præca

LIBEL. ADOPT.
PRÆCATIONCVLA SI-
MONIS IESSENSKI, NOTA-
rij comitatus & ciuitatis Trenczinienſis, in
gratiam VALERIANI MADER,
ſcripta manu ſua.

ME mihi dene DEVS deduc tibi me DEVS ad
Vt totus valeam deditus eſſe tibi. (te,
Vtq; tuæ faciam ſanctæ diſtamina legis,
Teq; pia ſemper ſteq; fideq; colam,
Dence in angelicis cantem tibi gloria turbis,
Et præſens vultu perfruam ipſe tuo.

EIVSDEM DOMINI SI-
MONIS IESSENSKI EPITA-
phium, quod ipſe ſibi in
vitiis ſtatuit.

DVM vixi ſemper ſtudui didiciſſe quid eſſem
Nil didici niſi quod puluis & vmbra ſorem
Puluis & oſſa ſui, vis noſſe & reclude ſepulchrum
Corporis id monſtrant puluis & oſſa mei.
Hæc tibi lector crunt noſtri monumenta ſepulchri
Vt cures ſortem tu quoq; noſſe tuam.



Finis Libelli Adoptiui.

Qui partim Authoris, partim
Typographi incuria
irreperunt.

EXTRA NUMERVM.

Verſu 4. pro Candidus, lege Candidius.
Verſu 8. pro rabido, lege rapido.
Verſu 12. pro corde, lege cordi.

- Numero 1. Verſu 6. pro amen, lege amne.
Num. 4. ver. 17. pro Turſonem, lege Turſonum.
Num. 6. ver. 9. pro profanorū, lege profanoz
Item ver. 14. pro veſanis, lege veſanus. (rum.
Item ver. 25. pro Quam vel, lege Quam ſi vel.
Num. 7. ver. 17. pro vultum, lege vuitus.
Num. 10. ver. 17. pro cœcus, lege cœcis.
Num. 11. ver. 22. pro Eripe, lege Eripit.
Num. 12. ver. 26. pro loca, lege locat.
Num. 13. ver. 7. pro pars, lege pares.
Num. 14. ver. 31. pro Florenti, lege Florenti.
Num. 17. ver. 15. pro profundunt, lege per-
fundunt.
Num. 18. ver. 25. pro maro, lege Maro.
Num. 25. ver. 10. pro Gradibus, lege Grandibus.
Num. 32. ver. 7. pro proferamus, lege perfera-
mus.
Num. 37. ver. 14. pro Hei mihi prodeſt, lege
Hei mihi quid prodeſt.
Num. 42. ver. 6. pro mille, lege nulla.
Num. 43. ver. 15. pro ad lege at.
Num. 45. ver. 14. pro erant, lege erant.

Num. 47. ver. 12. pro Constituti, lege Constituit.
Num. 48. ver. 12. pro sollicita, lege sollicita.
Num. 57. ver. 7. pro naso, lege Naso.
Num. 60. ver. 21. pro velud, lege velur.
Item ver. eodem, pro non est fidelis, lege non est
ista fidelis.
Num. 62. ver. 24. pro sunt, lege sint.
Num. 63. ver. 12. pro nullas, lege nullus.
Num. 65. ver. 3. pro libertus, lege liberius.
Ibidem ver. 19. pro puellas, lege puellus.
Ibidem ver. 21. pro ditione, lege citione.
Num. 68. ver. 20. pro tuas, lege tuis.
Num. 74. ver. 5. pro velud, lege velur.
Item ver. 15. pro succurrere, lege succurre.
Num. 76. ver. 15. pro crimine, lege crimine.
Num. 79. ver. 1. pro palmar, lege palmas.
Item ver. 26. pro iudicium, lege indicium.
Num. 86. ver. 3. pro quem, lege quam.
Item ver. eodem pro subijar, lege subijciar.
Item ver. 19. pro costi, lege docti.
Item ver. 23. pro erudici, lege erudijt.
Item ver. 31. pro Huanobrodæ, lege Hunnos
brodæ.
Num. 89. ver. 26. pro proprium, lege proprium.
Num. 91. ver. 25. pro non, lege num.
Num. 92. ver. 11. pro quæ, lege qui.
Num. 96. ver. 23. pro dolore, lege dolere.
Num. 98. ver. 17. pro insanam, lege in sanam.
Num. 104. ver. 4. pro quem, lege quam.
Num. 108. ver. 26. pro laudos, lege laudes.
Ibidem ver. eodem pro ore, lege ora.
Num. 117. ver. 25. pro emittere, lege immittere.
Num. 119. ver. 8. pro hominis, lege homini.

Num. 124.

Senon in Tit
Moby

A Senon
in articulo

M. H. Chyba

